Giusti




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
26 K
17

FAMILIARE REGVLARIVM

In duas Partes distributum,

Quarum prima, præter Regulam, & Testamentum Beatissimi Patris Francisci, Constitutiones Apostolicas, Pontificio Iure, & Sacræ Congregationis decreto, apud omnes Regulares, publicè legendas, continet:


Altera, diuersarum Absolutionum, & Benedictionum probatas formulas, vti Regularis Institu. Formularium, complectitur;

P. FR. ANTONII PALVMBI DE CAMPOBASSO


Ordinis Minor. Obseru. Prouinciæ Sancti Angeli Ministri Prouincialis studio, & sollicitudine, hinc inde conquisitas, & hoc solo Volumine complicatas.

OMNIBVS CVIVSCVNQVE ORDINIS *Professoribus nonnisi maximoperè necessarium.*

Cui addiecimus modum administrandi Eucharistiam, Extrema Vnctionem, & sepulturam Regularibus, præsertim Fratribus Ordinis Minorum.







VENETIIS, M.DC.LXII.

Apud hæredes Francisci Baba.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



REVERENDISSIMO PATRI

FR. SEBASTIANO DE CAIETA.

Totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, in Cismontana Familia, Commissario Generali,



APtantur meritis honores. Dignitas Virtutibus sociatur. Hæc, si summis, vel saltem laudum non honestentur præconijs; aut sensibus minimè percipiuntur, aut quia obnoxia sunt inuidentiæ. Si quibus beneficia addantur, non grates; ingrati animi, ipsis etiam Inferis, quorum extat abortus, inuisum est vitium. Et sanè, Reuerendiss. Pater, ipsis meritis,

quibus prælucet, ipsis virtutibus, quibus, præ cęteris, mirum in modum, effulget Paternitas Tua Reuerendiss. hoc Apostolicas lectiones, publicè habendas, Absolutiones, & Benedictiones, ex multiplicibus Codicibus, in vnum complicatas, complectens Opusculum, dicandum aquè duxi consentaneum. Ipsis meritis, quibus non exiguis, non vulgaribus, iterata condecoratus es dignitate, quæ tamen, si non omninò pręclaras animi tui dotes æquiparat, ad supremam, tuis Virtutibus dignam te tollere facilè potest. Peragunt ipsarum laudum præconia, fantur virtutum magnalia, ipsa tua admirata Modestia, Humilitas, Cura Regularis disciplinæ, Dignitatum repetita Abdicatio, illius Almæ Neapolitanæ tuę Prouinciæ simplex Resignatio Prouincialatus, Religionis Zelus; huic ardens adiuncta Charitas, te Virtutum omnium Supplementum ostentat. Ipsis meritis, quibus

pro-


profectò, perquàm maximè adiudicantur Heroum gesta Seraphicæ Militantis Hierarchiæ. Ipsis meritis, quæ, omnibus Moralibus, atque Speculatiuis stipata fulgoribus, non pauent exitium, non terrentur excidio. Illis, inquam, quibus deuotione, & fide singulari iugiter intentus sicut semper fui, ita & me summo cumulatus honore arbitror, cum possim mentem, & animum in te meum, aliquibus Argumentis, demonstrare, tua mandata curare. Quippe, quæ in me beneficia contulisti, ea dum animo, menteque complector, sicuti admiratione afficior incredibili, ita etiam miro quodam rapior desiderio tibi omnia præstandi. Atq; ita in conspectu Paternitatis Tuæ Reuerendiss. humiliter stratus, supplices Deo preces emitto, vt egregias animi tui cogitationes fęlicissimo exitu prosequatur. Venetijs Die 1. Iulij 1654.

Reuerendissimæ Paternitatis Tuæ

Humillimus seruus, & Filius

F. Antonius Palumbus de Campobasso.

Minister Prouincialis S. Angeli.



RELIGIOSO LECTORI.





ibrorum multitudini aduerſatur Regularis paupertas, cuius ſimplex obedientia Pontificium ius non patitur violari. Ea præ cæteris Sanctio ſalutaris, publica lectio Apoſtolicarum Conſtitutionum, quarum quem præterit, exempla ſingulis eſſe contenta codicibus? Vtrique conſulendum, vtraque poſtulat egeſtas, & iuſſio: Habes propoſitum Familiare; Quas Sancta Mater Eccleſia dilectis filijs, Religioſo cœtui, lectiones, animarum epulas, ſingulis annis, in publica Refectione, vel indictis comitijs, ſemel, atque iterato, firmo iure, ſtatutis inibi pœnis, præcipit habendas; eas modò, & ad expeditiorem tui commodum, prodit exaratas, ſolo, atque breui libello iſto complicatas. Optimas, ad hæc, & probatas Abſolutionum, & Benedictionum formulas, ex varijs antiquitate, vel vetuſtate propè deperditis, & in obliuionem demerſis; excerptas, Commentarijs, fideli calamo tranſcriptas, & exinde fidelioribus hiſce typis demandatas, altera pars Formularij vocabulo, ordine, producit, non incongruo. Multaque, poſt omnia, fidelium obſequio, pietatis officio, & Religionis ornatui proximè coniuncta, iure optimo, accomodata proponit. Argenteas arenas, & auratas, nec, niſi compactas, igne congeſtas, artificioque elaboratas, non hinc, atque illinc conſperſas, fore, & vſui eſſe, imò nec aurum dicendas,

nec

nec argentum, satis superque compertum est. Amaranthus, Narcisi, Liliorum, Rosarum, violarumve genera multiplicia, flores omnes, nec, nisi, propria de cuiusque stirpe recisi, annectantur, alternisque coniugentur amplexibus, serta compingunt, stipant tempora, ornatum præbent, conferunt splendorem. Hoc fuit in votis. vt, & ad eius, quæ debetur Ecclesiæ obedientiæ præsidium, & fidelium voto succurram, & pro voto succedam sanctæ Cœnobitarum Inopiæ. Hoc studium, hæc sollicitudo fuit. Verùm quia Humanorum vicissitudo, pernicies. Sol namque cadit in tenebras, sentiunt sydera eclipsim, trahunt Aera rubiginem; infestæ vestibus tineæ sunt, Papiliones Apibus; & mendis typi subijciuntur; & nullus percurritur inoffensus Liber, nec præsens innoxius reperitur erratis. Nil æquè bonum, & ad votum, cernimus mortales? Si quæ occurrant errata, Benignissime Lector, animaduertat tua prudentia, tua circumspiciat, atque erudiat disciplina. Profectò ferenda sunt; sunt nempè Typorum lapsus, quibus numquam succurritur satis. Excipias igitur amico corde, amicis oculis peruolue, quod tibi amico animo persoluitur; sic enim

Par datur Officijs; fido sociatur amore
Fidus amor, sanguis sanguine; redde datis.



TEMPVS LEGENDI APOSTOLICAS CONSTITVTIONES,

Quæ in hoc Volumine continentur.

MENSE IANVARIO.

LEguntur Constitutiones Clemẽtis, & Vrbani VIII. de largitione munerum. Sub pœna priuationis officij, vocisque actiuæ, & passiuæ ipso iure incurrendis. 19

Feria Sexta, post Octauam corporis Christi, & Feria secunda post prima Dominicam Aduentus, quotannis.

LEguntur decreta Sacræ Congregationis Concilij, de celebratione Missarum. Sub pœna priuationis Officij, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendis. 32

Feria Sexta post Octauam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, quotannis.

LEgitur decretum Sacræ Congregationis Sancti Officij, de Obseruantia Constitutionum Apostolica-

rum

rum, ad Sanctum Officium pertinentium. Sub pœnis priuationis Officij, vocisque actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendis, & alijs Suæ Sanctitatis arbitrio infligendis. 49

Bis, in singulos annos, diebus à superiore præscribendis.

LEguntur decreta Generalia Clementis VIII. de Regularium Reformatione, de Receptione, Professione, & Institutione Nouitiorum. Sub pœnis priuationis Officiorum omnium, vocis actiuæ, & passiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda. 137

Bis, pariter, in singulos annos, diebus à superiore designandis.

LEguntur decreta Sacræ Congregat. Concilij, de Apostatis, & Eiectis. Sub pœnis eisdem mox supra relatis. 167

In quolibet Generali, vel Prouinciali Capitulo, Capitulari congressu, Dieta, Congregatione.

LEguntur decretum Sacræ Congregat. Sancti Officij, de Obseruantia Apostol. Constitut. Sub pœnis priuationis Officii, vocisque actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendis, & aliis arbitrio Suæ Sanctitatis. 49

Et decretum Sixti V. contra exercentes artem Astrologiæ iudiciariæ. Sub pœna priuationis Officiorum. 173

INDEX



INDEX
Apostolicarum Constitutionum.

BReue Vrbano VIII. pro restituendo cãdore in Ordinis Fratrum Minorum de Obseru. Militantis Ecclesiæ Regimini. 13

Constitutio Clementis VIII. de largitione munerum. Religiosę Congregationes. 19

Constitutio Vrbani VIII. quæ est confirmatio, & moderatio supradictæ Constitutionis Clementis VIII. de largitione Mun. Nuper à Congregation. nonnullorum. 28

Decreta Sacræ Congregationis de celebr. Missarum. Cum sæpè contingat. 32

Decreta Sac. Congregationis Regul. de tempore legendi supradicta decreta de celebrat. Miss. Procurator Gener. 46

Sacra Congregationes. 47

Decreta Sacræ Congregationis sancti Officij, de obseruantia Apostolicarũ Constitutionum ad sanctum Officium pertinentium. Sanctissimus Dominus noster sedulò. 49

Constitutio Iulij III. contra impedientes Inquisitores heretica prauitatis, & contra ipsos Inquisitores admittentes laicos ad cognitionem criminis hæresis. Licet à diuersis Romanis Pontificibus. 55

Constitutio Pij V. contra offendentes statum, res, & personas sanctissimi Officij Inquisitionis hæreticæ prauitatis. Si de protegendis cæteris. 58

Con-

Constitutio Pij IV. Facultas Inquisitorum haeret. prauitatis procedendi contra Sacerdotes, qui mulieres, in actu confessionis, tentant &c. Cum sicut nuper non sine animi nostri molestia. 65

Constitutio Gregorij XV. quae est confirmatio, & ampliatio suprad. Constitutionis Pij IV. contra Sacerdotes, qui &c. Vniuersi Dominici gregis. 67

Constitutio Greg. XIII. contra illos, qui ad ordinem Presbyteratus non promoti Missas celebrant. Officij nostri partes. 71

Constitutio Clementis VIII. declaratoria poenae contra supradictos infligendae per laicos Indices praeuia eorumdem degradatione. Etsi alias fel. rec. Paulus. 74

Constitutio Vrbani VIII. Ampliatiua supradictae Clementis VIII. Constitutionis, & extensiua ad minores 25. annis Apostolatus Officium. 77

Constitutio Sixti V. contra exercentes artem Astrologiae iudiciariae, & alia quaecunque diuinationum genera. Caeli, & Terrae creator. 80

Constitutio Vrbani VIII. contra eosdem Astrologos, & extensiua ad alia, & sub grauioribus poenis. Inscrutabilis iudiciorum Dei altitudo. 90

Constitutio Clementis VIII. contra Italos, ne proficiscantur ad loca vbi publicus, & liber cultus Catholicae Religionis non exístat. Cum sicut non sine magno dolore. 97

Constitutio Gregorij XV. contra haereticos ne commorentur in locis Italiae, & insularum adiacentium. Romanus Pontifex. 99

Constitutio Pauli V. reuocatoria facultatum quibuscunque concessarum cognoscendi causas ad Sanctum Officium pertinens. Romanus Pontifex. 102

Constitutio Pauli V. innouatoria constitutionum de B. M. Virginis conceptione editarum, Regis pacifici, quamquam. 107

Constitutio Gregorio XV. pro-

prohibens asserere Beatæ Mariæ Virginem Conceptam esse in peccato originali. Sanctissimus Dominus noster auditis. 113

Constitutio Greg. XV. Renouatoria quarumcunque concessionum viuæ vocis oraculo factarum. Romanus Pontifex in specula. 118

Constitutio Vrbani VIII. reuocatoria earundẽ concessionum viuæ vocis oraculo factarũ extensiua ad quãtumuis priuilegiatos. Alias felic. rec. Gregorij Papæ XV. prædecessor noster. 122

Constitutio Greg. XV. Reuocatoria licentiarum legẽdi libros prohibitos. Apostolatus Officium nobis, nullo. 125

Constitutio Vrbani VIII. Reuocatoria vt supra. Apostolatus Officium. 128

Constitutio Vrbani VIII. de Imaginibus Sanctorum nondum Canonizatorum. Sanctissimus Dominus noster sollicitè animaduertens. 130

Constitutio Vrbani VIII. Prohibens ne degentes in statu Ecclesiastico libros, alio transmittant absque Ordinarij licentia imprimendos. Sanctissimus Dominus noster pro debito. 132

Constitutio Vrbani VIII. declaratoria, quod Apostolicæ Constitutiones cõcernentes fidem Catholicam, & S. Officium Inquisitionis omnes Regulares comprehendant, quantumuis exemptos. Cùm, sicut accepimus, sancti Benedicti. 133

Decretum Sacræ Congreg. Inquisit. de tempore legendi decretum de publicatione supradictarum Constitutionum. In generali Congregatione. 137

Decreta Generalia Clem. VIII. de Regularium Reformatione, & Nouitiorum Receptione, Educatione, &c. Regularis disciplinæ. 138

Decreta Congreg. Concilij, de Apostatis, & Eiectis Regularibus. Sacra Congreg. Cardinalium. 167

Constitutio Sixti V. contra exercentes artem Astrologiæ iudiciariæ. Est quæ supra fol. 58. Cœli, & Terræ Creator. 173
Decretæ Sacræ Congreg. de voto decisiuo in diffinitorijs. 384
De Reelectione diffinitorum in Prouinciis Strictioribus. 385
Declaratio super sexennij vacatione pro Reelectione Ministri Prouincialis; Custodis, & Diffinitoris in Ord. Fratrum Minor. de Obseruantia. 387

Finis Index Constitutionum.

INDEX FORMVLARIVM,

Quæ in Secunda Parte continentur.

Forma pro induendis, & professionem ad mittendis Nouitijs. 175
Pro induendis Monialibus Ordinis Sanctæ Claræ. 188
Pro recipiendis ad professionem eisdem Monialibus. 195
Pro induendis, & ad professionem admittendis Sorores Tertij Ordinis. 200
Pro induendis Tertiarijs. 201
Pro induendis Sororibus Tertiarijs. 203
Pro induendis pueris, pro voto, & exuendis, post votum. 205
Pro induendis puellis, pro voto, & exuendis, expletis votis. 210
Formula protestationis, pro legatis perpetuis. 215
Testimonialium de Moribus & vita, pro Ordinandis. 216
Approbationis, pro eisdem. 217
Absolutionis ab Apostasia. 218
Absoluendi excommunicatum iam mortuum. 218
Absoluend. à suspensione, vel interdicto, extra, vel intra Sacramentalem confessionem. 219
Dispensandi super irregularitate. 220
Absolutionis generalis in visitationibus, magnis festiuitatibus. 220
Absolutionis generalis, qua dari solet in extremis vitæ constitutis. 222
Absolutionis, quæ datur electoribus in Capitulo, ad effectum electionis. 223
Ad faciendam aquam benedictam. 227

Bene-

Benedictio Sacerdotalium indumentorum, in genere. 229
Amictus. 231
Albæ, seu Camisi. 232
Cinguli. 233
Manipuli. 233
Stolæ. 233
Planetæ. 234
Tunicellæ. 235
Dalmaticæ. 235
Linteaminum Altaris. 236
Pluuialis. 237
Thuribuli. 238
Sacrorum Vasorum, & aliorum ornamentorum, in genere. 239
Benedictio generalis ad quæ volueris. 240
Crucis, quæ ponitur super vestimentum. 241
Panni, quo tegendum, & seruandum est Corpus Christi. 241
Corporalium. 242
Imaginis B.M.V. 242
Ichonarum, seu Imaginum. SS. 246
Aspersio aquæ Benedictæ per Conuentum. 247
Benedictio ad initium alicuius boni operis. 261
Communis super fruges, & vineas. 261
Panis in festo S.Blasii. 263
Panis in festo Sanctæ Agathæ. 264
Panis pro infirmis. 267
Panis S.Nicolai de Tolentino. 267
Panis communis. 272
Puerorum, ex voto, ad Ecclesiam adductorum. 273
Muneris quod offertur in Ecclesia. 276
Ponderis, seu Ordo ad ponderandam personam, ex voto. 277
Seminum olerum, & leguminum. 280
Terræ seminatæ. 281
Arborum 281
Nouorum fructuum. 282
Nouæ Areæ. 283
Contra vermes, mures, & alia animalia, Terram, vel aquas inficientia. 284
Salis quod datur Animalibus. 285
Pro peste animalium. 287
Nouæ domus. 292
Thalami. 293
Putei noui. 294
Candelarum. 295
Ignis. 296
Calcariæ. 297
Incensi. 298
Nauis. 299
Benedict. Nauis paruæ. 309

Noui Retis. 310
Fetus in vtero Matris. 311
Aquæ pro infirmis. 314
Bombycum, seu seminum Serici. 314
Aquæ contra Bruchos. 315
Agni Paschalis. 316
Ouorum. 317
Antitodorum. 317
Vasorum nouorum. 318
Coronarum. 318
Crucis. 319
Altaris. 320
Tabulæ collocandæ ante, vel post Altare. 321
Vmbraculi Altaris. 322
Capsarum pro Reliquijs Sanctorum. 323
Armorum. 326
Ensis. 327
Vexilli bellici. 327
Exorcismus contra tempestates. 328
Orationes dicendæ super infirmos. 342
Indulgentiæ Terræ Sanctæ. 363
Indulgentiæ pro Fratribus. 369
Indulgentiæ pro Sæcularibus deuotis, & familiaribus. 371
Indulgentiæ concessæ Ecclesijs, in festiuitatibus Sanctorum Ordinis. 378
Oratio contra luem Contagiosam. 380
Benedictio Cordæ pro secularibus. 381
Absolutio generalis pro Cordigeris, in articulo mortis constitutis. 383
Ordo ad Communicandum, Vngendum, & sepulturæ tradendum Fratrem infirmum. 389
Ordo ad vngendum Fratrem Infirmum. 391

LAVS DEO.


LECTIONES

Totius Regularis Refectionis

PARS PRIOR.

Regula,& Teſtamentum Seraphici,ac Beatiſsimi P.S. Franciſci, quæ leguntur ſingulis ſextis Ferijs apud omnes Fratres Minores in publicis refectionibus.

PROLOGVS.



Onorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Fratri Franciſco, & alijs Fratribus de Ordine Fratrum Minorum, ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica pijs votis, & honeſtis petentium deſiderijs fauorem beneuolum impartiri. Ea propter, dilecti in Domino filij veſtris piis precibus inclinati Ordinis veſtri Regulam, à bonæ memoriæ Innocentio Papa prædeceſſore noſtro approbatam, annotatam præſentibus auctoritate vobis Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, quæ talis eſt.

¶ *In nomine Domini: Incipit Vita, & Regula Fratrum Minorum. Capitulum I.*

Regula, & Vita Fratrum Minorum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euange-

Tria vota. lium obseruare, * viuendo in obedientia: sine proprio, & in castitate. * Frater Franciscus promittit obedientiam, & reuerentiam Domino Papa Honorio, ac successoribus eius canonicè intrantibus, & Ecclesiæ Romanæ. * Et alii Fratres teneantur Fratri Francisco, & eius successoribus obedire.

Praeceptum formale. Refertur ad praeceptum de obed. c. 10.

¶ *De his, qui volunt vitam istam accipere, & qualiter recipi debeant. Cap. II.*

Cõditiones æquiualentes in receptione Fratrũ. SI qui voluerint hanc vitam accipere: & venerint ad Fratres nostros: mittant eos ad suos Ministros Prouinciales, quibus solummodò, & non aliis recipiendi Fratres licentia concedatur. * Ministri verò diligenter examinent eos de fide Catholica, & de Ecclesiasticis Sacramentis. Et si hæc omnia credant, & velint ea fideliter confiteri, & vsque in finem firmiter obseruare, & vxores non habeant: vel si habent, & iam monasterium intrauerint vxores, vel licentiam eis dederint, auctoritate diœcesani Episcopi voto continentiæ iam emisso, & illius sint ætatis vxores, quòd non possit de eis oriri suspicio, dicant illis verbum sancti Euangelii, quod vadant, & vendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare: Quod si facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas. Et caueant Fratres, & eorum Ministri, ne solliciti sint de rebus suis temporalibus, vt liberè faciant de rebus suis, quicquid Dominus inspirauerit eis. Si tamen consilium requiratur: licentiam habeant Ministri mittendi eos ad aliquos Deum timentes; quorum consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas sine capucio, & cingulum, & brachas, & caparonem vsque ad cingulum; nisi eisdem Ministris aliud secundùm Deum aliquando videatur. Finito verò anno probationis,

reci-

recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper, & regulam obseruare. * Et nullo modo licebit eis de ista Religione exire iuxtà mandatum Domini Papæ: quia secundùm sanctum Euangelium: * nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retrò, aptus est regno Dei. Et illi, qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum capucio, & aliam sine capucio, qui voluerint habere, * & qui necessitate coguntur, possint portare calceamenta, * & Fratres omnes vestimentis vilibus induantur, * & possint ea repeciare de saccis, & aliis petiis cum benedictione Dei. * Quos moneo, & exhortor, ne despiciant, neque iudicent homines, quos viderint mollibus vestimentis, & coloratis indutos, vti cibis, & potibus delicatis: sed magis vnusquisque iudicet, & despiciat semetipsum.

Præceptũ inhibitorium

Luca 9. 62.

Æquipolens.

Æquipolens.

Libertas

Exhortatio.

¶ *De Diuino Officio, & Ieiunio, & quomodo Fratres debeant ire per mundum.* Cap. III.

CLerici * faciant Diuinum Officium secundùm ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, excepto psalterio, ex quo habere poterunt breuiaria. Laici verò dicant vigintiquatuor Pater noster pro Matutino: pro Laudibus, quinque: pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona, pro qualibet istarum septem: pro Vesperis autem duodecim, pro Completorio septem, & orent pro defunctis. * Et ieiunent à festo omnium Sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini. * Sanctam verò Quadragesimam, quæ incipit ab Epiphania vsque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto ieiunio consecrauit, qui voluntariè eam ieiunant, benedicti sint à Domino, & qui nolunt, non sint astricti, sed aliam vsque ad Resurrectionem Domini ieiunent. * Aliis autem temporibus non teneantur, nisi

Æquipolens.

Æquipolens.

Libertas

Refertur ad præceptum de ieiunio.

Refertur præceptũ de ieiunio. ſexta feria ieiunare. * Tempore verò manifeſtæ neceſſitatis, non teneantur Fratres ieiunio corporali. * *Libertas* Conſulto verò, moneo, & exhortor Fratres meos in Domino Ieſu Chriſto, vt quando vadunt per mundum, non litigent, neque contendant verbis, nec alios *Exhortatio.* iudicent: * ſed ſint mites, pacifici, & modeſti, manſueti, & humiles, honeſtè loquentes omnibus, ſicut *Admonitio.* decet. * Et non debeant equitare, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur. * In quamcumque *Æquipollens.* domum intrauerint, primùm dicant: Pax huic *Admonitio.* domui. Et ſecundùm ſanctum Euangelium, de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare.

¶ *Quòd Fratres non recipiant pecuniam. Cap. IV.*

[P]ræceptũ formale. PRæcipio * firmiter Fratribus vniuerſi, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam: * tamen pro neceſſitati*Æquipollens.*bus infirmorum, & alijs Fratribus induendis; per amicos ſpirituales, Miniſtri tantùm, & Cuſtodes ſolicitam curam gerant, ſecundùm loca, & tempora, & frigidas regiones; ſicut neceſſitati viderint expedire. Eo ſemper ſaluo, vt (ſicut dictum eſt) denarios, vel pecuniam non recipiant.

¶ *De modo laborandi. Cap. V.*

Admonitio. FRatres * illi, quibus gratiam dedit Dominus Laborandi, laborent fideliter, & deuotè, ità quod excluſo otio animæ inimico, ſanctæ orationis, & de*Refertur præceptũ de non recipiendo pecuniã,*uotionis Spiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deſeruire. * De mercede verò laboris; pro ſe, & ſuis Fratribus, corporis neceſſaria recipiant præter denarios, vel pecuniam. Et hoc humiliter,

ſicut

ſicut decet ſeruos Dei, paupertatis ſanctiſsimæ ſectatoris.

¶ *Quod Fratres nihil ſibi approprient, & de eleemoſyna petenda, & de Fratribus infirmis. Cap. VI.*

FRatres * nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, ſed tamquam peregrini, & aduenæ in hoc ſæculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes, * vadant pro eleemoſyna confidenter. Nec oportet eos verecundari, quia Dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo. * Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos cariſſimos fratres meos, hæredes, & Reges Regni cœlorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimauit. Hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viuentium. Cui, dilectiſſimi fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud, pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, in perpetuum ſub cœlo habere velitis. * Et vbicumque ſunt, & ſe inuenerint fratres, oſtendant ſe domeſticos inuicem inter ſe, & ſecurè manifeſtet vnus alteri neceſſitatem ſuam, quia ſi mater nutrit, & diligit filium ſuum carnalem, quantò diligentiùs debet quis diligere, & nutrire fratrem ſuum ſpiritualem? * Et, ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debeant ei ſeruire, ſicut vellent ſibi ſeruiri.

Præceptũ inhibitorium. *Admonitio.* *Admonitio nobilis.* *Æquipolens.*

¶ *De pœnitentia Fratribus peccantibus imponenda. Cap. VII.*

SI qui fratrum, * inſtigante inimico, mortaliter peccauerit, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad ſolos Miniſtros Prouinciales, teneantur prædicti Fratres ad eos recurrere, quàm citiùs poterunt ſine mora. * Ipſi verò

Ministri, si Presbyteri sunt, cum misericordia iniungant illis pœnitentiam. Si verò Presbyteri non sunt, iniungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire. * Et caueredebent, ne irascantur, & conturbentur propter peccatum alicuius, quia ira, & conturbatio in se, & in alijs impediunt charitatem.

Exordio

¶ *De electione Generalis Ministri huius fraternitatis, & de Capitulo Pentecostes.* *Cap. VIII.*

Habens vim præcepti. *Refertur ad præceptum de obedientia, cap. 10.* *Habens vim præcepti.* *Habens vim præcepti.*

VNiuersi * Fratres vnum de Fratribus istius Religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum, & seruum totius fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente, electio successoris fiat à Ministris Prouincialibus, & Custodibus in Capitulo Pentecostes: * in quo Prouinciales Ministri teneantur semper insimul conuenire, vbicumque à Generali Ministro fuerit constitutum. Et hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem, vel minorem, sicut à prædicto Ministro fuerit ordinatum. * Et si aliquo tempore appareret Vniuersitati Ministrorum Prouincialium, & Custodum, prædictum Ministrum non esse sufficientem ad seruitium, & communem vtilitatem fratrum, teneantur prædicti fratres, quibus electio data est, in Nomine Domini alium sibi eligere in Custodem. * Post Capitulum verò pentecostes, Ministri, & Custodes possint singuli, si voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in suis Custodijs, semel fratres suos ad Capitulum conuocare.

Libertas

¶ *De Prædicatoribus.* *Cap. IX.*

Æquipollens.

FRatres * non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum. *

Et

Et nullus fratrum populo penitùs audeat prędicare, nisi a Ministro Generali huius Fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus, & ab eo sibi officium prædicationis concessum. Moneo * quoque, & exhortor eosdem fratres, vt in prædicatione, quam faciunt, sint examinata, & casta eorum eloquia, ad vtilitatem, & ædificationem populi, annunciando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam, cum breuitate sermonis: quia verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram. *Aquipollens.* *Admonitio.*

¶ *De admonitione, & correctione Fratrum. Cap. X.*

FRatres, qui * sunt Ministri, & serui aliorum Fratrum, visitent, & moneant Fratres suos, & humiliter, & charitatiuè corrigant eos, non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, & Regulam nostram: * Fratres verò, qui sunt subditi, recordentur, quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. * Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino obseruare, & non sunt contraria animæ suæ, & regulæ nostræ. * Et vbicumque sunt Fratres, qui scirent, & cognoscerent, se non posse Regulam spiritualiter obseruare ad suos Ministros debeant, & possint recurrere. Ministri * verò caritatiuè, & benignè eos recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipsos. vt dicere possint eis, & facere sicut Domini seruis suis Nam ita debet esse, quòd Ministri sint serui omnium Fratrum. * Moneo verò, & exhortor in Domino Iesu Christo, vt caueant Fratres ab omni superbia, vanagloria, inuidia, auaritia, cura, & solicitudine huius sæculi, detractione, & murmuratione. * Et non curent nescientes litteras, litteras discere: * sed attendant, quod super omnia desiderare debent, habere *Admonitio.* *Admonitio.* *Præceptum formale.* *Æquipollens.* *Æquipollens.* *Admonitio.* *Exhortatio.* *Exhortatio.* *Admonitio nobilis.*

Math.5. Spiritum Domini, & sanctam eius operationem: orare semper ad Deum puro corde, & habere humilitatem, & patientiam in persecutione, & in infirmitate, & diligere eos, qui nos persequuntur, reprehendunt, & arguunt, quia dicit Dominus: * Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum. * Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

44.

¶ *Quod Fratres non ingrediantur Monasteria Monachorum. Cap. XI.*

Præceptũ formale. PRæcipio * firmiter Fratribus vniuersi, ne habeant suspecta consortia, vel consilia mulierum, * & ne *Præceptũ formale.* ingrediantur monasteria Monachorum, præter illos, *Præceptũ formale.* quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis. * Nec fiant Compatres virorum, vel mulierum, ne hac occasione inter Fratres, vel de Fratribus scandalum oriatur.

¶ *De euntibus inter Saracenos, & alios infideles Cap. XII.*

Libertas. QVicumque * Fratrum, diuina inspiratione, voluerint ire inter Saracenos, & alios infideles, petant inde licentiam à suis Ministris Prouincialibus; Ministri verò nullis eundi licentiam tribuant, nisi eis, quos *Præceptũ formale.* viderint esse idoneos admittendum. * Ad hęc per obedientiam iniungo Ministris, vt petant a Domino Papa vnum de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit Gubernator, Protector, & Corrector istius fraternitatis, vt semper subditi, & subiecti pedibus eiusdẽ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, stabiles in fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & sanctum Euangeliũ Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus.

Explicit Regula, & Vita Fratrum Minorum.

Se-

Sequitur Confirmatio Regulæ.

NVlli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ cõfirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei,& Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Laterani 3. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno octauo.

Explicit Confirmatio Regulæ Fratrum Minorum.

Incipit Testamentum, (seù expositio, & glossa spiritualis Regulæ) Beatissimi Patris nostri Francisci, quod insignitus sacris Stigmatibus feruore, & Spiritu sancto plenus, propè finem vitæ suæ nobis reliquit, vt Regula magis sincerè magisque catholicè obseruetur.

DOminus dedit mihi Fratri Francisco ita incipere facere pœnitentiam, quia cùm essem in peccatis, nimis videbatur mihi amarum videre leprosos, sed ipse Dominus conduxit me inter illos, & feci misericordiam cum illis. Et recedente me ab ipsis, id, quod videbatur mihi amarum, conuersum fuit mihi in dulcedinem animæ, & corporis. Et posteà parum steti, & exiui de seculo: & Dominus dedit mihi talem fidem in Ecclesijs, vt ita simpliciter adorarem, & dicerem: * Adoramus te sanctissime Domine Iesu Christe hic, & ad omnes Ecclesias tuas, quæ sunt in toto mundo, & benedicimus tibi, quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum. * Posteà Dominus dedit mihi tantam fidem in Sacerdotibus, qui viuunt secundùm formam sanctæ Romanæ Ecclesiæ, propter Ordinẽ ipsorũ, quòd si facerent mihi persecutionẽ, volo recurrere ad ipsos.

Oratio ad Ecclesias.

Honorandi Sacerdotes.

Et

Et si haberem tantam sapientiam, quantam Salomon habuit, & inuenirem pauperculos Sacerdotes huius sæculi, in Ecclesijs, in quibus morantur, nolo prædicare contra voluntatem ipsorum, & ipsos, & omnes alios volo timere, amare, & honorare sicut dominos meos: & nolo in ipsis considerare peccatum, quia Filium Dei discerno in eis, & domini mei sunt. * Et propter hoc facio, quia nihil video corporaliter in hoc sæculo de ipso Altissimo filio Dei, nisi sacratissimum corpus eius, & sanctissimum sanguinem suum, quem ipsi conficiunt, & ipsi soli alijs administrant. Et hæc sanctissima mysteria super omnia volo honorare, & venerari, & in locis pretiosis collocare. Sanctissima verò nomina, & verba eius scripta, vbicumque inuenero in locis illicitis, volo colligete, & rogo, quòd colligantur, & in loco honesto collocentur. * Et omnes theologos, & qui ministrant nobis sanctissima verba diuina, debemus honorare, & venerari, sicut qui ministrant nobis spiritum, & vitam. Et postquàm Dominus dedit mihi de fratribus, nemo ostendebat mihi, quid deberem facere; sed ipse Altissimus reuelauit mihi, quod ego deberem viuerem secundùm formam S. Euangelij, & ego paucis verbis, & simplicibus feci scribi, & Dominus Papa confirmauit mihi. * Et illi, qui veniebant ad recipiendum vitam istam, omnia, quæ habere poterant, dabant pauperibus. Et eramus contenti tunica vna intus, & foris repeciata, cum cingulo, & brachis, & nolebamus plus habere. Officium dicebamus nos Clerici secundùm alios Clericos. Laici dicebant Pater noster, & satis libenter manebamus in Ecclesiis. * Et eramus idiotæ, & subditi omnibus, & ego manibus meis laborabam, & volo laborare, & omnes alii Fratres firmiter volo, quòd laborent delaboritio, quod pertinet ad honestatem, & qui nesciunt, discant; non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris, sed

Ministri Corporis Christi.

Theologi honorandi.

Recipiendi omnia dabant pauperibus.

Laborandum fratrib.

pro-

propter bonum exemplum, & ad repellendam otiositatem. Et quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad mensam Domini, petendo eleemosynas ostiatim. * Salutationem hanc mihi Dominus reuelauit, vt diceremus, Dominus det tibi pacem. Caueant sibi Fratres, vt Ecclesias, & habitacula, & omnia alia, quæ pro ipsis construuntur, penitùs non recipiant, nisi essent secundùm sanctam paupertatem, quam in Regula promisimus, semper ibi hospitantes tanquam aduenæ, & peregrini. Præcipio firmiter per obedientiam Fratribus vniuersis, quòd vbicumque sunt, non audeant petere aliquam litteram in Curia Romana, per se, vel interpositam personam; neque pro Ecclesia, neque pro aliquo loquo; neque sub specie prædicationis, neque pro persecutione suorum corporum, sed vbicumque non fuerint recepti, fugiant in aliam terram, ad faciendam ibi pœnitentiam cum benedictione Dei. * Et firmiter volo obedire Generali Ministro, & illi Guardiano, quem sibi placuerit mihi dare, & ita volo esse captus in manibus suis, vt non possim ire, vel facere vltra voluntatem suam: quia Dominus meus est. Et quamuis sim simplex, & infirmus, tamen volo semper habere Clericum, qui mihi faciat officium, sicut in Regula continetur. Et omnes alii Fratres teneantur per obedientiam obedire Guardianis suis, & facere officium secundùm Regulam. Et qui inuenti essent, qui non facerent officium secundùm Regulam, & vellent alio modo variare, aut non essent Catholici, omnes Fratres vbicumque sunt, per obedientiam teneantur, quòd vbicumque inuenerint aliquem ipsorum, proximiori Custodi illius loci, vbi ipsum inuenerint, debeant præsentare. Et Custos teneatur per obedientiam ipsum fortiter custodire, sicut hominem in vinculis, die, noctuque: ita quòd non possit eripi de manibus suis, donec propria persona

Salutatio Sancti Francisci.

Litteræ non petendæ.

Obedientia qualis esse debeat.

Cap. 5.

Hæretici Fratres capiendi.

sua,

sua, ipsum repræsentet in manibus sui Ministri. Et Minister teneatur firmiter per obedientiam mittere ipsum per tales Fratres, qui die, noctuque custodiant ipsum, sicut hominem in vinculis, donec repræsentet ipsum coram Domino Ostiense, qui est Dominus, Protector, & Corrector istius fraternitatis. Et non dicant Fratres, hæc est alia Regula; quia hæc est recordatio, admonitio, & exhortatio, & meum testamentum; quod ego Frater Franciscus paruulus vester, facio vobis Fratribus meis benedictis, propter hoc; vt Regulam, quam Domino promisimus, melius Catholicè obseruemus. Et Generalis Minister, & omnes alij Ministri, & Custodes, teneantur per obedientiam in istis verbis, non addere, vel minuere. Et semper hoc scriptum habeant secum, iuxta Regulam. Et in omnibus Capitulis, quæ faciunt, quando legunt Regulam, legant & ista verba. Et omnibus Fratribus meis, Clericis, & laicis, præcipio firmiter per obedientiam, vt non mittant glossas in Regula, nec in istis verbis, dicendo, ita volunt intelligi. Sed sicut Dominus dedit mihi purè, & simpliciter dicere, & scribere Regulam & ista verba, ita simpliciter, & purè, sine glossa intelligatis, & cum sancta operatione obseruetis vsque in finem. Et quicumque hæc obseruauerit, in Cœlo repleatur benedictione Altissimi Patris cœlestis, & in terra repleatur benedictione dilecti Filij sui, cum Sanctissimo Spiritu Paraclito, & omnibus Virtutibus cœlorum, & omnibus Sanctis. Et ego Frater Franciscus paruulus vester, & seruus, quantumcumque possum confirmo vobis intus, & foris istam sanctissimam benedictionem. Amen.

Regula semper gestāda.

Non glossas in eā mittamus.

Benedictio S. Frācisci.

Explicit Testamentum Beatissimi Patris nostri Francisci.

Be-

Benedictio, & Maledictio Beatissimi Patris Francisci ad Fratres sui Ordinis.

Alta voce legendæ apud Fratres Minores de Obseruantia post lectionem Regulę, & Testamenti, sub trimestri priuatione propriorum officiorum, *ex 68.cap.Gen.*

Benedictio.

O Dilectissimi Fratres, & in ęternum benedicti filij, audite vocem Patris vestri; Magna promisimus, maiora promissa sunt nobis, seruemus hæc, suspiremus ad illa: Voluptas breuis, pœna perpetua; modica passio, gloria infinita; multorum vocatio, paucorum electio; omnium retributio. Amen.

Maledictio.

A Te sanctissime Pater, & à tota cœlesti Curia, & à me pauperculo sint maledicti, qui suo malo exemplo confundunt, & destruunt, quod per sanctos Fratres huius Ordinis ædificasti, & ædificare non cessas.

BREVE S.D.N. D. VRBANI Diuina Prouidentia Papæ VIII.

Pro restituendo, ac conseruando candore Regularis disciplinæ in Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia.

Legendum in publica communitate Fratrum, apud eosdem Fratres Min. de ObCismontanæ familiæ, bis saltem in singulis annis, sub pœna destitutionis Superiorum localium ipso facto incurrenda.

VR-

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium. MIlitantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus inſcrutabili diuinæ prouidentiæ voluntate præſidentes, quid pro felici Chriſti fidelium quorumlibet, & præſertim Regularium perſonarum, quæ abiectis mundi vanitatibus, Deo ſub ſuaui Religionis iugo ſe totas deuouerunt, ſtatu conferat, diligente proſpicimus, ac quæ ipſis per emiſſorum votorum ſemitas ad perfectionis apicem contendentibus offendiculo eſſe poſſunt, remouere ſtudemus, provt conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Motiua. §. 1. Cùm igitur ſicut accepimus in Ordine Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia nuncupatorum ob minus accuratam aliquorum præceptorum Regulæ eorumdem Fratrum Obſeruantiam, nonnulloſque abuſus, qui in Ordine prædicto contra Apoſtolicarum Conſtitutionum, præcipuè fel. record. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri decretorum pro reformatione Regularium editorum præſcriptum pacem, mentiſque quietem turbari, Religioni candorem minui, ac fidelium non paucorum ſcandalorum occaſione præberi contingat.

Tollit quaſdã introductas diſuetudines, & pœnas apponit cõtrauenientibus. §. 2. Hic eſt, quòd Nos eiuſdem Clementis decretis, dictique Ordinis ſtatutis per Sedem Apoſtolicam confirmatis inhærendo motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione confirmantes, quæ alias à Nobis circa Patrum priuilegiatorum abrogationem ſub die xxiij. Iulij M. DC. XXXIX. ſancita fuere, Patrum ex electione factorum, ſiue ij Procuratores, & Commiſſarii Generales Curiæ, ſiue Diffinitores Generales

Or-

Ordinis, siue Ministri Prouinciarum, siue earumdem Custodes, & Diffinitores, à quibus ob maiorem multitudinem maiora etiam in eisdem oriuntur incommoda, quos vltra numerum in statutis Ordinis præscriptum minimè augeri potest sine dispensatione decernimus, siue Prouincialium gratiis, & priuilegiis ex Ordinis concessione gaudentes extiterint, vel existant, relicta tantummodò præcedentia, & antelatione, ac socio eisdem per Ordinis statuta respectiuè concessis, omnes exemptiones, immunitates, licentias, consuetudines, quæ potius abusus dici possunt, quoquo modo in dicto Ordine obtenta, inducta, intrusaque in perpetuum cassamus, tollimus, abolemus, & abrogamus, ac cassata, ablata, abolita, & abrogata esse, & censeri debere, cuicumque in posterum tales exemptiones, & priuilegia concedendi facultate penitus interdicta sub priuationis vocis actiuæ, necnon excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendis pęnis decernimus, & ordinamus.

§. 3. Declarantes ex officiis, quibus functi fuerint, nullum aliud in ipsis remansisse, vel remanere, aut eos prætendere posse ius, arbitrium, superintendentiam, intelligentiam, vel quocumque alio nomine nuncupetur, præeminentiam in Prouinciis, Conuentibus, Fratrum collocationibus, aliisque dispositionibus, itavt liberum omninò sit Prouincialibus, & Diffinitoribus, nullo ad prædictos Patres habito respectu, de Conuentibus disponere, Guardianos instituere, Fratres collocare, aliaque exequi, sicuti communi Prouinciarum bono viderint expedire. Necnon Ordinis huiusmodi apud Nos, & Sedem Apostolicam Cardinalis Protectori, Ministro, ac Commissario Generalibus pro tempore existentibus contrauenientes Prouinciales, & Guardianos taliter electos, obtentis officiis, eorum arbitrio priuandi; Patres verò præfatos, qui præterito-

Dat facultatem Superiori bus liberè exercendi munus suũ.

rum

rum officiorum per eos obtentorum prætextu aliquid contra præsentis Constitutionis tenorem moliri, innouare, vel attentare præsumpserint, ad maiorem tranquillitatem, & pacem eorumdem Protectoris, & Generalium arbitrio, etiam si opus fuerit, in alienas Prouincias transferendi, & transmittendi facultatem concedimus, & impartimur.

Mandat quod prædicatores eleemosynas pro prædicationis munere acquisitas integras Superiori Prouinciali significent & pœnas apponit.

§. 4. Ne autem in dicto Ordine recipiendi pro concionibus pecuniarias eleemosynas, deque illis ad Concionatorum arbitrium disponendi, neve nimius equitandi abusus vlterius inualescant, grauissimisque Regulæ Beati Francisci voto, & præcepto passim contrauéniatur; omnibus, & singulis prędicti Ordinis Concionatoribus vltra pœnas in proprietarios, per eiusdem Ordinis statuta fulminatas in virtute sanctæ obedientiæ, & sub priuatione officiorum, quæ obtinent, ac perpetua inhabilitate ad quæcumque officia, gradus, & dignitates in posterum ipso facto incurrendis pręcipimus, & mandamus, vt de prædictis eleemosynis per se nullo modo disponant, nec eas ab offerentium manibus in suas recipiant, vel in Procuratoris, siue alterius cuiuslibet deponi faciant, sed easdem integras Superiori Prouinciali significent, qui de illis iuxtà Regulæ præscriptum disponat, quibus etiam pœnis eo ipso subijcimus, omnes eiusdem Ordinis Fratres, qui sine manifesta, vera, grauique necessitate, aut infirmitate, & absque licentia Prouincialis, vel in casu vrgenti, Superioris localis, de consilio, & iudicio trium Discretorum Conuentus in scriptis obtenta, equitare ausi fuerint, easdem pœnas solis Ministro, & Commissario Generalibus aliquando, & ex rationabili causa, remittendi facultate relicta.

Dat normam equitādi.

§. 5. Quos Prouincialibus Prouinciarum, Commissariis, & ad vrgentiora negotia destinatis paternè monemus, vt in casu vrgenti, ac per Regulam permisso,

memores sint paupertatis, humilitatis, & patientiæ Christi Domini Saluatoris nostri, ad cuius vitæ exemplum B.Franciscus & conuersationem instituit, & Ordinem suum fundauit, vilioribus, despectisq; iumentis contenti sint,& Comitatu, qui sæculares diuites decet, relicto,maiori,qua fieri poterit, modestia, gradiantur, exemploq; cæteros præeuntes, sciant in concessis tantùm casibus equitandi licentiam indulgere; super quo Superiorum omnium, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, conscientiam oneramus, concedentes Prouincialibus,& prouinciarum commissariis,vt vno, eoq; humili iumento pro se tantùm,non autem pro sociis in necessitatis articulo vti possint,aliàs si contrafecerint, suis officijs eo ipso destituti remaneant.

§. *6.* Ad hæc, vt prædicti Clementis VIII. prædecessoris nostri decreta inuiolabiliter obseruentur, omnes Fratres præcipuè nominatos ordinis, & prouinciarum patres legitimè non impeditos ad Chori seruitium, & ad faciendam hebdomadam, aliasque Ecclesiasticas functiones, ad vestitum, & cellarum supellectilem eorum statui conuenientes,ad communem mensam cum eisdem, pane, vino, obsonio, nihil cuiquam singularitatis concesso, ad egressum de Conuentibus cum licentia, & socio qualibet vice a Superioribus obtinendis, benedictionisque receptione post regressum, ad cubitum singulorum in singulis lectis, ad orationis mentalis studium, à qua nullus,cuiuscumq;conditionis existat, exemptus censeatur, ad silentij custodiam, ad culparum capitula, ad virtutum exercitium, ad collocutiones, & sermones, singulis saltem hebdomadis, de regulari disciplina, spiritualiq; profectu tractantes teneri volumus, & obligamus nedum sub pęnis in iisdem decretis contentis, verùm etiam sub priuatione officiorum, & perpetua inhabilitate in posterum ipso facto incurrendis, Guardianis, Prouincialibus, & Ge-

Obseruari mandat constit. Clement. 8. pœnas apponit; mandat etiã publicari.

Ministri, si Presbyteri sunt, cum misericordia iniungant illis pœnitentiam. Si verò Presbyteri non sunt, iniungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire. * Et ca-
Exordio uere debent, ne irascantur, & conturbentur propter peccatum alicuius, quia ira, & conturbatio in se, & in alijs impediunt charitatem.

¶ *De electione Generalis Ministri huius fraternitatis, & de Capitulo Pentecostes. Cap. VIII.*

Habens vim præcepti. *Refertur ad præceptum de obedientia, cap. 10.* *Habens vim præcepti.* *Habens vim præcepti.*

VNiuersi * Fratres vnum de Fratribus istius Religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum, & seruum totius fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente, electio successoris fiat à Ministris Prouincialibus, & Custodibus in Capitulo Pentecostes: * in quo Prouinciales Ministri teneantur semper insimul conuenire, vbicumque à Generali Ministro fuerit constitutum. Et hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem, vel minorem, sicut à prædicto Ministro fuerit ordinatum. * Et si aliquo tempore appareret Vniuersitati Ministrorum Prouincialium, & Custodum, prædictum Ministrum non esse sufficientem ad seruitium, & communem vtilitatem fratrum, teneantur prædicti fratres, quibus electio data est, in Nomine Domini alium sibi eligere in Custodem. * Post Capitulum verò pente-
Libertas costes, Ministri, & Custodes possint singuli, si voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in suis Custodijs, semel fratres suos ad Capitulum conuocare.

¶ *De Prædicatoribus. Cap. IX.*

Æquipollens. FRatres * non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum. *

Et nullus fratrum populo penitùs audeat prędicare, nisi a Ministro Generali huius Fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus, & ab eo sibi officium prædicationis concessum. Moneo * quoque, & exhortor eosdem fratres, vt in prædicatione, quam faciunt, sint examinata, & casta eorum eloquia, ad vtilitatem, & ædificationem populi, annunciando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam, cum breuitate sermonis: quia verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram. *Aquipollens.* *Admonitio.*

¶ *De admonitione, & correctione Fratrum. Cap. X.*

FRatres, qui * sunt Ministri, & serui aliorum Fratrum, visitent, & moneant Fratres suos, & humiliter, & charitatiuè corrigant eos, non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, & Regulam nostram: * Fratres verò, qui sunt subditi, recordentur, quòd propter Deum abnegauerunt proprias volùntates. * Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino obseruare, & non sunt contraria animæ suæ, & regulæ nostræ. * Et vbicumque sunt Fratres, qui scirent, & cognoscerent, se non posse Regulam spiritualiter obseruare ad suos Ministros debeant, & possint recurrere. Ministri * verò caritatiuè, & benignè eos recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipsos. vt dicere possint eis, & facere sicut Domini seruis suis Nam ita debet esse, quòd Ministri sint serui omnium Fratrum. * Moneo verò, & exhortor in Domino Iesu Christo, vt caueant Fratres ab omni superbia, vanagloria, inuidia, auaritia, cura, & solicitudine huius sæculi, detractione, & murmuratione. * Et non curent nescientes litteras, litteras discere: * sed attendant, quod super omnia desiderare debent, habere *Admonitio.* *Admonitio.* *Præceptum formale.* *Æquipollens.* *Æquipollens.* *Admonitio.* *Exhortatio.* *Exhortatio.* *Admonitio nobilis.*

Math.5. 44. Spiritum Domini, & sanctam eius operationem: orare semper ad Deum puro corde, & habere humilitatem, & patientiam in persecutione, & in infirmitate, & diligere eos, qui nos persequuntur, reprehendunt, & arguunt, quia dicit Dominus: * Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum. * Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

¶ *Quod Fratres non ingrediantur Monasteria Monachorum.* *Cap. XI.*

Præceptũ formale. *Præceptũ formale.* *Præceptũ formale.* PRæcipio * firmiter Fratribus vniuersi, ne habeant suspecta consortia, vel consilia mulierum, * & ne ingrediantur monasteria Monachorum, præter illos, quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis. * Nec fiant Compatres virorum, vel mulierum, ne hac occasione inter Fratres, vel de Fratribus scandalum oriatur.

¶ *De euntibus inter Saracenos, & alios infideles Cap. XII.*

Libertas. QVicumque * Fratrum, diuina inspiratione, voluerint ire inter Saracenos, & alios infideles, petant inde licentiam à suis Ministris Prouincialibus; *Præceptũ formale.* Ministri verò nullis eundi licentiam tribuant, nisi eis, quos viderint esse idoneos admittendum. * Ad hęc per obedientiam iniungo Ministris, vt petant a Domino Papa vnum de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit Gubernator, Protector, & Corrector istius fraternitatis, vt semper subditi, & subiecti pedibus eiusdẽ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, stabiles in fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & sanctum Euangeliũ Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus.

Explicit Regula, & Vita Fratrum Minorum.

Se-

Sequitur Confirmatio Regulæ.

NVlli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ cõfirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Laterani 3. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno octauo.

Explicit Confirmatio Regulæ Fratrum Minorum.

Incipit Testamentum, (seù expositio, & glossa spiritualis Regulæ) Beatissimi Patris nostri Francisci, quod insignitus sacris Stigmatibus feruore, & Spiritu sancto plenus, propè finem vitæ suæ nobis reliquit, vt Regula magis sincerè magisque catholicè obseruetur.

DOminus dedit mihi Fratri Francisco ita incipere facere pœnitentiam, quia cùm essem in peccatis, nimis videbatur mihi amarum videre leprosos, sed ipse Dominus conduxit me inter illos, & feci misericordiam cum illis. Et recedente me ab ipsis, id, quod videbatur mihi amarum, conuersum fuit mihi in dulcedinem animæ, & corporis. Et posteà parum steti, & exiui de seculo: & Dominus dedit mihi talem fidem in Ecclesijs, vt ita simpliciter adorarem, & dicerem: * Adoramus te sanctissime Domine Iesu Christe hic, & ad omnes Ecclesias tuas, quæ sunt in toto mundo, & benedicimus tibi, quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum. * Posteà Dominus dedit mihi tantam fidem in Sacerdotibus, qui viuunt secundùm formam sanctæ Romanæ Ecclesiæ, propter Ordinẽ ipsorũ, quòd si facerent mihi persecutionẽ, volo recurrere ad ipsos.

Oratio ad Ecclesias.

Honorãdi Sacerdotes.

Et

Et si haberem tantam sapientiam, quantam Salomon habuit,& inuenirem pauperculos Sacerdotes huius sæculi, in Ecclesijs, in quibus morantur, nolo prædicare contra voluntatem ipsorum, & ipsos, & omnes alios volo timere, amare, & honorare sicut dominos meos: & nolo in ipsis considerare peccatum, quia Filium Dei discerno in eis, & domini mei sunt. * Et propter hoc facio, quia nihil video corporaliter in hoc sæculo de ipso Altissimo filio Dei, nisi sacratissimum corpus eius, & sanctissimum sanguinem suum, quem ipsi conficiunt, & ipsi soli alijs administrant. Et hæc sanctissima mysteria super omnia volo honorare, & venerari, & in locis pretiosis collocare. Sanctissima verò nomina, & verba eius scripta, vbicumque inuenero in locis illicitis, volo colligere, & rogo, quòd colligantur, & in loco honesto collocentur. * Et omnes theologos, & qui ministrant nobis sanctissima verba diuina, debemus honorare, & venerari, sicut qui ministrant nobis spiritum, & vitam. Et postquàm Dominus dedit mihi de fratribus, nemo ostendebat mihi, quid deberem facere; sed ipse Altissimus reuelauit mihi, quod ego deberem viuerem secundùm formam S. Euangelij, & ego paucis verbis, & simplicibus feci scribi, & Dominus Papa confirmauit mihi: * Et illi, qui veniebant ad recipiendum vitam istam, omnia, quæ habere poterant, dabant pauperibus. Et eramus contenti tunica vna intus, & foris repeciata, cum cingulo, & brachis, & nolebamus plus habere. Officium dicebamus nos Clerici secundùm alios Clericos. Laici dicebant Pater noster, & satis libenter manebamus in Ecclesiis. * Et eramus idiotæ, & subditi omnibus, & ego manibus meis laborabam, & volo laborare, & omnes alii Fratres firmiter volo, quòd laborent de laboritio, quod pertinet ad honestatem, & qui nesciunt, discant; non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris, sed pro-

Ministri Corporis Christi.

Theologi honorandi.

Recipiendi omnia dabant pauperibus.

Laborandum fratrib.

propter bonum exemplum, & ad repellendam otiositatem. Et quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad mensam Domini, petendo eleemosynas ostiatim. * Salutationem hanc mihi Dominus reuelauit, vt diceremus, Dominus det tibi pacem. Caueant sibi Fratres, vt Ecclesias, & habitacula, & omnia alia, quæ pro ipsis construuntur, penitùs non recipiant, nisi essent secundùm sanctam paupertatem, quam in Regula promisimus, semper ibi hospitantes tanquam aduenæ, & peregrini. Præcipio firmiter per obedientiam Fratribus vniuersis, quod vbicumque sunt, non audeant petere aliquam litteram in Curia Romana, per se, vel interpositam personam; neque pro Ecclesia, neque pro aliquo loquo, neque sub specie prædicationis, neque pro persecutione suorum corporum, sed vbicumque non fuerint recepti, fugiant in aliam terram, ad faciendam ibi pœnitentiam cum benedictione Dei. * Et firmiter volo obedire Generali Ministro, & illi Guardiano, quem sibi placuerit mihi dare, & ita volo esse captus in manibus suis, vt non possim ire, vel facere vltra voluntatem suam: quia Dominus meus est. Et quamuis sim simplex, & infirmus, tamen volo semper habere Clericum, qui mihi faciat officium, sicut in Regula continetur. Et omnes alii Fratres teneantur per obedientiam obedire Guardianis suis, & facere officium secundùm Regulam. Et qui inuenti essent, qui non facerent officium secundùm Regulam, & vellent alio modo variare, aut non essent Catholici, omnes Fratres vbicumque sunt, per obedientiam teneantur, quòd vbicumque inuenerint aliquem ipsorum, proximiori Custodi illius loci, vbi ipsum inuenerint, debeant præsentare. Et Custos teneatur per obedientiam ipsum fortiter custodire, sicut hominem in vinculis, die, noctuque: ita quòd non possit eripi de manibus suis, donec propria persona sua,

Salutatio Sancti Francisci.

Littera non petenda.

Obedientia qualis esse debeat.

Cap. 5.

Hæretici Fratres capiendi.

ſua, ipſum repræſentet in manibus ſui Miniſtri. Et Miniſter teneatur firmiter per obedientiam mittere ipſum per tales Fratres, qui die, noctuque cuſtodiant ipſum, ſicut hominem in vinculis, donec repręſentet ipſum coram Domino Oſtienſe, qui eſt Dominus, Protector, & Corrector iſtius fraternitatis. Et non dicant Fratres, hæc eſt alia Regula; quia hæc eſt recordatio, admonitio, & exhortatio, & meum teſtamentum; quod ego Frater Franciſcus paruulus veſter, facio vobis Fratribus meis benedictis, propter hoc; vt Regulam, quam Domino promiſimus, melius Catholicè obſeruemus. Et Generalis Miniſter, & omnes alii Miniſtri, & Cuſtodes, teneantur per obedientiam in iſtis verbis, non addere, vel minuere. Et ſemper hoc ſcriptum habeant ſecum, iuxtà Regulam. Et in omnibus Capitulis, quæ faciunt, quando legunt Regulam, legant & iſta verba. Et omnibus Fratribus meis, Clericis, & laicis, præcipio firmiter per obedientiam, vt non mittant gloſſas in Regula, nec in iſtis verbis, dicendo, ita volunt intelligi. Sed ſicut Dominus dedit mihi purè, & ſimpliciter dicere, & ſcribere Regulam, & iſta verba, ita ſimpliciter, & purè, ſine gloſſa intelligatis, & cum ſancta operatione obſeruetis vſque in finem. Et quicumque hæc obſeruauerit, in Cœlo repleatur benedictione Altiſſimi Patris cœleſtis, & in terra repleatur benedictione dilecti Filij ſui, cum Sanctiſſimo Spiritu Paraclito, & omnibus Virtutibus cœlorum, & omnibus Sanctis. Et ego Frater Franciſcus paruulus veſter, & ſeruus, quantumcumque poſſum, confirmo vobis intus, & foris iſtam ſanctiſſimam benedictionem. Amen.

Regula ſemper geſtãda.

Non gloſſas in eã mittamus.

Benedictio S. Frãciſci.

Explicit Teſtamentum Beatiſſimi Patris noſtri Franciſci.

Be-

Benedictio, & Maledictio Beatissimi Patris Francisci, ad Fratres sui Ordinis.

Alta voce legendæ apud Fratres Minores de Obseruantia post sectionem Regulę, & Testamenti, sub trimestri priuatione propriorum officiorum, *ex 68.cap.Gen.*

Benedictio.

O Dilectissimi Fratres, & in ęternum benedicti filij, audite vocem Patris vestri; Magna promisimus, maiora promissa sunt nobis, seruemus hæc, suspiremus ad illa: Voluptas breuis, pœna perpetua; modica passio, gloria infinita; multorum vocatio, paucorum electio; omnium retributio. Amen.

Maledictio.

A Te sanctissime Pater, & à tota cœlesti Curia, & à me pauperculo sint maledicti, qui suo malo exemplo confundunt, & destruunt, quod per sanctos Fratres huius Ordinis ædificasti, & ædificare non cessas.

BREVE S.D.N. D. VRBANI Diuina Prouidentia Papæ VIII.

Pro restituendo, ac conseruando candore Regularis disciplinæ in Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia.

Legendum in publica communitate Fratrum, apud eosdem Fratres Min. de Obcismontanæ familiæ, bis saltem in singulis annis, sub pæna destitutionis Superiorum localium ipso facto incurrenda.

VR-

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. Militantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus inscrutabili diuinæ prouidentiæ voluntate præsidentes, quid pro felici Christi fidelium quorumlibet, & præsertim Regularium personarum, quæ abiectis mundi vanitatibus, Deo sub suaui Religionis iugo se totas deuouerunt, statu conferat, diligente prospicimus, ac quæ ipsis per emissorum votorum semitas ad perfectionis apicem contendentibus offendiculo esse possunt, remouere studemus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Motiua. §. 1. Cùm igitur sicut accepimus in Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia nuncupatorum ob minus accuratam aliquorum præceptorum Regulæ eorumdem Fratrum Obseruantiam, nonnullosque abusus, qui in Ordine prædicto contra Apostolicarum Constitutionum, præcipuè fel. record. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri decretorum pro reformatione Regularium editorum præscriptum pacem, mentisque quietem turbari, Religionis candorem minui, ac fidelium non paucorum scandalorum occasione præberi contingat.

Tollit quasdã introductas disuetudines, & pœnas apponit cõtrauenientibus. §. 2. Hic est, quòd Nos eiusdem Clementis decretis, dictique Ordinis statutis per Sedem Apostolicam confirmatis inhærendo motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac nostra perpetuò valitura Constitutione confirmantes, quæ alias à Nobis circa Patrum priuilegiatorum abrogationem sub die xxiij. Iulij M. DC. XXXIX. sancita fuere, Patrum ex electione factorum, siue ij Procuratores, & Commissarii Generales Curiæ, siue Diffinitores Generales Or-

Ordinis, siue Ministri Prouinciarum, siue earumdem Custodes, & Diffinitores, à quibus ob maiorem multitudinem maiora etiam in eisdem oriuntur incommoda, quos vltra numerum in statutis Ordinis præscriptum minimè augeri potest sine dispensatione decernimus, siue Prouincialium gratiis, & priuilegiis ex Ordinis concessione gaudentes extiterint, vel existant, relicta tantummodò præcedentia, & antelatione, ac socio eisdem per Ordinis statuta respectiuè concessis, omnes exemptiones, immunitates, licentias, consuetudines, quæ potius abusus dici possunt, quoquo modo in dicto Ordine obtenta, inducta, intrusaque in perpetuum cassamus, tollimus, abolemus, & abrogamus, ac cassata, ablata, abolita, & abrogata esse, & censeri debere, cuicumque in posterum tales exemptiones, & priuilegia concedendi facultate penitus interdicta sub priuationis vocis actiuæ, necnon excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendis pęnis decernimus, & ordinamus.

§. 3. Declarantes ex officiis, quibus functi fuerint, nullum aliud in ipsis remansisse, vel remanere, aut eos prætendere posse ius, arbitrium, superintendentiam, intelligentiam, vel quocumque alio nomine nuncupetur, præeminentiam in Prouinciis, Conuentibus, Fratrum collocationibus, aliisque dispositionibus, ita vt liberum omninò sit Prouincialibus, & Diffinitoribus, nullo ad prædictos Patres habito respectu, de Conuentibus disponere, Guardianos instituere, Fratres collocare, aliaque exequi, sicuti communi Prouinciarum bono viderint expedire. Necnon Ordinis huiusmodi apud Nos, & Sedem Apostolicam Cardinalis Protectori, Ministro, ac Commissario Generalibus pro tempore existentibus contrauenientes Prouinciales, & Guardianos taliter electos, obtentis officiis, eorum arbitrio priuandi; Patres verò pręfatos, qui præterito-

Dat facultatem Superioribus liberè exercendi munus suũ.

rum

rum officiorum per eos obtentorum prætextu aliquid contra præsentis Constitutionis tenorem moliri, innouare, vel attentare præsumpserint, ad maiorem tranquillitatem, & pacem eorumdem Protectoris, & Generalium arbitrio, etiam si opus fuerit, in alienas Prouincias transferendi, & transmittendi facultatem concedimus, & impartimur.

Mandat quod prædicatores eleemosynas pro prædicationis munere acquisitas integras Superiori Prouinciali significent & pœnas apponit.

§. 4. Ne autem in dicto Ordine recipiendi pro concionibus pecuniarias eleemosynas, deque illis ad Concionatorum arbitrium disponendi, neve nimius equitandi abusus vlterius inualescant, grauissimisque Regulæ Beati Francisci voto, & præcepto passim contraueniatur; omnibus, & singulis prædicti Ordinis Concionatoribus vltra pœnas in proprietarios, per eiusdem Ordinis statuta fulminatas in virtute sanctæ obedientiæ, & sub priuatione officiorum, quæ obtinent, ac perpetua inhabilitate ad quæcumque officia, gradus, & dignitates in posterum ipso facto incurrendis præcipimus, & mandamus, vt de prædictis eleemosynis per se nullo modo disponant, nec eas ab offerentium manibus in suas recipiant, vel in Procuratoris, siue alterius cuiuslibet deponi faciant, sed easdem integras Superiori Prouinciali significent, qui de illis iuxtà Regulæ præscriptum disponat, quibus etiam pœnis eo ipso subijcimus, omnes eiusdem Ordinis Fratres, qui sine manifesta, vera, grauique necessitate, aut infirmitate, & absque licentia Prouincialis, vel in casu vrgenti, Superioris localis, de consilio, & iudicio trium Discretorum Conuentus in scriptis obtenta, equitare ausi fuerint, easdem pœnas solis Ministro, & Commissario Generalibus aliquando, & ex rationabili causa, remittendi facultate relicta.

Dat normam equitãdi.

§. 5. Quos Prouincialibus Prouinciarum, Commissariis, & ad vrgentiora negotia destinatis paternè monemus, vt in casu vrgenti, ac per Regulam permisso, me-

memores sint paupertatis, humilitatis, & patientiæ Christi Domini Saluatoris nostri, ad cuius vitæ exemplum B.Franciscus & conuersationem instituit, & Ordinem suum fundauit, vilioribus, despectisq; iumentis contenti sint,& Comitatu, qui sæculares diuites decet, relicto,maiori,qua fieri poterit, modestia, gradiantur, exemploq; cæteros præeuntes, sciant in concessis tantùm casibus equitandi licentiam indulgere; super quo Superiorum omnium, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, conscientiam oneramus, concedentes Prouincialibus,& prouinciarum commissariis,vt vno, eoq; humili iumento pro se tantùm,non autem pro sociis in necessitatis articulo vti possint,aliàs si contrafecerint, suis officijs eo ipso destituti remaneant.

Obseruari mandat constit. Clement. 8. pœnas apponit; mandat etiã publicari.

§. 6. Ad hæc, vt prædicti Clementis VIII. prædecessoris nostri decreta inuiolabiliter obseruentur, omnes Fratres præcipuè nominatos ordinis, & prouinciarum patres legitimè non impeditos ad Chori seruitium, & ad faciendam hebdomadam, aliasque Ecclesiasticas functiones, ad vestitum, & cellarum supellectilem eorum statui conuenientes,ad communem mensam cum eisdem, pane, vino, obsonio, nihil cuiquam singularitatis concesso, ad egressum de Conuentibus cum licentia, & socio qualibet vice a Superioribus obtinendis, benedictionisque receptione post regressum, ad cubitum singulorum in singulis lectis, ad orationis mentalis studium, à qua nullus,cuiuscumq;conditionis existat, exemptus censeatur, ad silentij custodiam, ad culparum capitula, ad virtutum exercitium, ad collocutiones, & sermones, singulis saltem hebdomadis, de regulari disciplina, spiritualiq; profectu tractantes teneri volumus, & obligamus nedum sub pœnis in iisdem decretis contentis, verùm etiam sub priuatione officiorum, & perpetua inhabilitate in posterum ipso facto incurrendis, Guardianis, Prouincialibus, & Ge-

neralibus respectiuè, qui sine legitima causa prædictorum transgressionem permiserint, & notabiliter negligentes, ac transgressores non legitimè impeditos voce actiua, & passiua non priuauerint, & in posterum ad alia non inhabilitauerint, provt Nos hac nostra constitutione, quam in sola Cismontana familia valere, statimq; post eiusdem notitiam à prędictis Superiorib. sub fulminatis pęnis in quolibet Conuentu pro fęlici executione publicari, ac in statutis Ordinis inseri, & cum illis bis saltem in anno publicè in Communitate Fratrum legi, sub destitutione ipso facto Superiorum localium negligentium volumus, priuamus, & inhabilitamus, ac tamquam candoris ordinis obscuratores, disciplinæque regularis relaxatores priuatos esse volumus, & declaramus.

§. 7. Sicq; in pręmissis omnibus, & singulis inuiolabiliter obseruari, & per quoscumq; Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretũ irritans.

§. 8. Non obstantibus Apostolicis, ac in Concilijs vniuersalibus, prouincialibusque & synodalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, dictique ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quauis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, eidem ordini, illiusq; Superioribus, & Fratribus, ac quibusuis alijs in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis, tenor specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio haben-

Contrarijs derogat.

benda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis, alias in suo robore permansuris, ad effectum præmissorum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus vbique fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscat. die prima Iunij 1640. Pontificatus nostri anno decimoseptimo.

M. A. Maraldus.

CONSTITVTIO CLEMENTIS VIII.

De largitione munerum, vnà cum eius Cōfirmatione facta ab Vrbano VIII. sub pœna priuationis officij, vocisq; actiuæ, & passiuæ ipso iure incurrendis, Ianuario quoque mense legenda.

CLEMENS EPISCOPVS

Seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Omnis, & quæcumque munerũ largitio omnibus vtriusq. sexus religiosis (præterq. militaribus.)

Religiosæ Congregationes, ab insigni sanctitate viris Spiritus Sancti afflatu institutę, tantas Ecclesiæ Dei vtilitates omni tempore attulerunt, vt ad eas conseruandas, & instaurandas Romani Pontifices prędecessores nostri, magnam iure optimo diligentiam semper adhibuerint. Nam cùm ea sit rerum hu-

manarum conditio, & natura, vt etiam, quæ optimè fundata, & constituta sunt, partim hominum imbecillitate, & ad malum procliuitate, partim dæmonis astutia, paulatim deficiant; ac nisi cura peruigili sustententur, in deterius prolabantur; Idcirco Summorum Pontificum vigilantia, magnoperè laborauit, vt Regularium ordinum disciplina, aut labefactata in pristinum restituere, aut salutaribus constitutionibus, communita, integra, atq; incolumis permaneret. Quorum Nos vestigiis pro eodem officij munere insistere, & Pastoralem illorum sollitudinem (quantum possumus) diuina adiutrice gratia, cupimus imitari.

§. 1. Quare ne ex muneribus, quæ à pluribus Religiosæ vitæ professoribus, ex Christi patrimonio, quibusvis hominibus, quavis ex causa sæpè tribuuntur, grauia incommoda, & mala, etiam boni specie, existant, præcauere studentes, hac nostra perpetuò valitura constitutione vniuersis, & singulis cuiuscumq; ordinis mendicantium, vel non mendicantium bona immobilia, & redditus certos ex indulto Apostolico possidentium, vel non possidentium; seu cuiusvis Congregationis, Societatis, & instituti (non tamen Militiæ) Regularibus personis vtriuslibet sexus omnem, & quamcumque largitionem, & missionem munerum, penitus interdicimus. Sub qua prohibitione comprehendi volumus omnia, & singula Capitula, conuentus, & congregationes, tam singulorum conuentuum, monasteriorum, prioratuum, præposituraram, præceptoriarum, domorum, & locorum, quā prouincia, aut generalia cuiuslibet prouinciæ, siue vniuersi ordinis, Societatis, aut Instituti: eorumq; vel earum Camerarios, cōmissarios, & quoscumque officiales, & singulares personas; ipsos etiam ordinum, Congregationum, & Societatum huiusmodi superiores quascumq; dignitates obtinentes, etiam Generales, & prouinciales, Magistros, Ministros, & quocum-

que nomine prefectos,necnon Conuentuum,Monasteriorum,Prioratuum,prepositurarum,præceptoriarum, domorum,& locorum quorumcumq;Abbates,Priores, præpositos, Præceptores,etiam maiores Guardianos, Ministros,Rectores,atque Abbatissas,priorissas,& alio quovis titulo Præsidentes, tam ipsis regularibus,quàm locorum ordinariis, seu quibusvis Superioribus subiectas vtriuslibet sexus ad vitam, vel ad tempus deputatos : adeò,vt nemo vnquam eorum, vel earum directè, vel indirectè,palam, vel occultè, tam communi, quàm particulari,& proprio nomine,etiam suo quovis statutis,vel cõsuetudinis,seu veriùs corruptelæ,aut alio pretextu,vel quacumq; causa,nisi in generali capitulo,aut alia generali congregatione,re maturè discussa, vnanimi consensu omnium, Superiorumque permissu, causa approbata fuerit,quicquam tale attentare valeat.

§.2. Id autem ita absolutè, & generatim vetitum intelligatur,vt neq; omninò fas sit quicquam donare, tã ex fructib.,redditib.,& prouentib.,collectis, vel contributionibus,aut oblationib.,siue eleemosynis,aut subsidiis certis, vel incertis, ordinariis, seu extraordinariis, mensæ,seu massæ communis,vel cuiusvis fabricæ,& Sacristiæ,quorum bona communiter,vt præfertur, administrantur,seu quæ rationibus reddendis sunt obnoxia, quàm ex pecuniis etiam, quæ à singulis quovis modo acquisitæ in commune conferendæ omninò sunt : Nec si per viam voluntariæ contributionis in commune congerantur.Nec si forsan priuatim,& nominatim cuilibet Religioso a suis Superioribus, vel a propriis affinibus,propinquis,familiaribus, amicis, aut beneuolis, vel a piis Christi fidelibus, etiam eleemosyne, aut charitatis, & illius propriæ personæ intuitu attributæ, seu quoquomodo per quemlibet Religiosum suo Monasterio, domui,aut loco acquisitæ, eiq; vt ad libitum de eis disponat, per Superiores concesse fuerint : præter-

Ex omnibus omninò bonis; exceptis tamẽ esculentis, & poculẽtis,& ad deuotionẽ pertinentibus munusculis, iisque nomine cõmuni tantũ.

quam leuiora esculenta, aut poculenta, seu ad deuotionem, vel Religionem pertinentia munuscula communi tantùm, nunquam verò particulari nomine (vbi Superiori de consensu Conuentus videbitur) tradenda.

Etiam per se, & per alios directè, & indirectè facta.

§. 3. Sed & huiusmodi missiones munerum ipsis Religiosis vtriuslibet sexus non solùm per se, verùm etiam per alios, tàm directè, quàm indirectè prohibitas, declaramus.

Facta quibuscũque personis, siue intra ordinem superioribus, & non superioribus, siue extra ordinẽ, etiam quacumque dignitate fungentibus.

§. 4. Neque verò quispiam ab hac generali prohibitione se excusare valeat, etiam si munera missa cuiuis personæ laicè, vel Ecclesiasticę cuiuscumque status, gradus, dignitatis, ordinis, vel conditionis, & quauis non solùm mundana, & Ducali, Regia, Imperiali; verùm etiam Ecclesiastica, & Pontificali, aut alia maiori, etiam S. R. E. Cardinalatus dignitate fulgenti, etiam proprio loci ordinario, etiam ex causa, & occasione benedictionis, vel susceptionis habitus Regularis, tonsuræ, aut professionis Monialium, tàm sibi subditarum, quàm non subditarum, aut ipsi etiam proprio ordinis, vel Congregationis Protectori, Viceprotectori, Generali, vel Prouinciali, aut cuiusvis Monasterij, prioratus, domus, aut cuiuslibet alterius loci Regularis Superiori, aut alio quocumq; officio, munere, aut dignitate fulgenti, vel cuicumq; etiam simplici, & particulari religioso; itaut inter ipsos quoq; religiosos (ne praua ambitione impulsi pro consequendis in sua religione gradibus, & dignitatibus alter alterius gratiam, aut beneuolentiam aucupetur) quæcumq; largitio, aut donatio munerum (nisi rerum minimarum, de licentia expressa, & in scriptis superiorum) sit penitùs interdicta.

§. 5. Insuper prohibemus, ne vnquam eisdem regularibus liceat vllas pecunias quoquomodo erogare in alicuius etiam Benefactoris, aut Protectoris, vel ordinarii honorem, etiam occasione transitus, vel primi in-

ingressus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratiq; animi testificationem, seu pro prędictis personis quavis auctoritate, vel dignitate fulgentibus honorificè, lautè, & opiparè excipiendis, seu pro quibusvis conuiuijs eisdem, aut cuiuis alteri, quacumque occasione, vel causa exhibendis, vel pro commessationibus, aut computationibus quibusuis personis, tàm eiusdem ordinis, congregationis, monasterii, domus, aut loci, quàm extraneis largiendis, aut pro exhibendis spectaculis, etiam piis, intra Ecclesias, Monasteria, & domos sacras, seu pias, vel extra eas, in quibusvis publicis, aut priuatis sacris, aut profanis locis, etiam vbi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res piè gestæ, etiam in memoriam Passionis Dominicę populis spectandæ proponuntur, aut aliàs in prędictis, siue in quibusvis rebus superuacaneis ad pompam, & ostentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum lucrum, & priuata commoda quomodolibet pertinentibus, nisi re ipsa pro Diuino cultu, & veris Christi pauperum indigentiis, seruato in hoc charitatis ordine, & habita necessitatis ratione, de consilio, & consensu Superiorum subleuandis, aut aliàs in rebus licitis, & per Capitulum Generale, aut Prouinciale non prohibitis, vel Taxam ibi forsan pręscriptam non excedentibus, sumptus huiusmodi fiant.

Prohibita etiam omnis pecuniæ erogatio in alterius cuiuscunque etiã protectoris honorẽ quacũque occasione etiã transitus facta. Omnis itẽ sumptus in rebus quibuscũq; superuacaneis, et ad Dei cultũ, & pauperũ indigentias subleuãdas non necessarijs.

§.6. Declarantes tamen per hæc laudabilem, & Apostolica doctrina, sacrisque Canonibus commendatam hospitalitatem pręsertim erga pauperes, & peregrinos; nequaquam imminui, aut prohiberi. Quinimò si qui redditus ad id, vel ex fundatione, vel ex institutis, statutis, aut consuetudinibus aliquorum monasteriorum, ordinum, aut regularium huiusmodi locorum, aut ex testatorum, vel donantium voluntatibus, siue aliàs applicati, aut dònati sunt, eos omninò (vt decet) integrè in vsus pios hospitalitatis huiusmodi erogandos esse; &

Hospitalitas tamẽ nõ prohibita, sed cõmẽdata, in quã fideliter expẽdendũ quicquid in eũ finẽ relict. est.

Ditiores in refectorio, & frugaliter recipiendi.

præsertim in Monasteriis, seu locis desertis, & ab laicorum ædibus longiùs remotis, vbi tamen pauperum, & verè egenorum ratio in primis habeatur.

§. 7. Si quos verò ditiores occasione transitus, siue aliàs ex deuotionis, aut necessitatis causa eò diuerteret contigerit, eos sanè deceret Refectorio communi cum Religiosis, mensaq; & ferculis communibus, nequaquam à cœteris distinctis contentos esse. Verùm omninò ipsi regulares in hospitibus huiusmodi potentiobus excipiendis ita se gerant, vt in eis frugalitas, & paupertas Religiosa prorsus eluceat.

Nulli prorsus regulari, vel saeculari, quacũque dignitate insigni licet quicquam à religiosis cõtra prædictam formam recipere.

§. 8. Pari etiam ratione districtè inhibemus, ne quispiam ex prędictis Laicis aliàs, quam vt superius dictum est, vel Clericus sæcularis, vel regularis quocumq; honore, præeminentia, nobilitate, aut excellentiam, etiam S. R.E. Cardinalatus dignitate prędictus, etiam Protector, Viceprotector, loci ordinarius, Prælatus, Generalis, prouincialis, aut monasterii, domus, vel loci cuiuslibet Superior, eorumve affines, propinqui, familiares, aut Ministri vtriuslibet sexus, quicquam contra hanc superiùs expressam prohibitionem recipiant.

Recipiẽs in neutro foro nequit absolui ante factam restitutionem.

§. 9. Quod, si vel ab aliquo particulari religioso, vel à Superiore quopiam Generali, Prouinciali, aut alio quocumque officio fungente, aut à Conuentu, Capitulo, vel Congregatione, siue ab vniuerso Ordine, & Religione quicquam receperint; id, quod acceperint, suum non faciant. Verùm, ipso facto, absque aliqua monitione Iudicis, decreto, sententia, aut declaratione, ad illius restitutionem omninò in vtroque foro teneantur; adeò vt, restitutione ipsa realiter non facta, neq; etiam in foro conscientiæ absolui possint.

Quæ facieda est monasterio, de cuius bonis facta est largitio.

§. 10. Hanc autem restitutionem fieri volumus non priuatim ei Religioso, qui donauit, sed ei Monasterio, domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta est largitio, vel si non de eius bonis donatum est, in quo idem Religio-

ligiosus donans Professionem emisit; vel si nomine totius Capituli, Conuentus, aut Congregationis, vel vniuersi Ordinis, seu Religionis donatio facta extiterit, pariter communi mensæ, aut massæ, cuius nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur, itavt, nec qui donauit, nec Conuentus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere, & iterum condonare, aut recipientem ab obligatione restituendi eximere, vel vt in pauperes eroget concedere, quoquomodo possit.

§. 11. Quòd si quis ex supradictis Regularibus vtriuslibet sexus cuiuscumque gradus, Ordinis, dignitatis, ac vbilibet locorum existentibus, coniunctim cum cœteris, seu diuisim nostrarum huiusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, iussionum, decretorum, mandatorum transgressor fuerit, statuimus, vt omnibus, & singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officiis, eo ipso, priuatus, ac ad illa, & alia similia, vel dissimilia in futurum obtinenda inhabilis perpetuò, & incapax, ac perpetua infamia, & ignominia notatus existat. Et prætereà priuationem vocis actiuæ, & passiuæ, absque vllo Superioris decreto, aut ministerio, ipso facto incurrat: necnon, vltra huiusmodi pœnas, etiam tamquam contra furti, & simoniæ criminum reum, tàm per viam denunciationis, accusationis, aut quærelæ, quàm etiam ex officio procedi, & inquiri, condignisque supplicijs affici debeat.

§. 12. Pœnis aliis à iure statutis, ac per alias Constitutiones Apostolicas, aut propria cuivis Ordinis, Congregationis, Monasterii, domus, aut loci statusa, vel consuetudines contra personas aliquid præmissorum committentes, forsan decretis, & inflictis nihilominus in suo robore permansuris.

§. 13.

§. 13. Quocirca vniuersis, & singulis modernis, & pro tempore existentibus locorum ordinariis, eorumque Vicariis, & officialibus, necnon quorumcunque ordinum, Prioratuum, monasteriorum, & domorum Superioribus, etiam Generalibus, seu Prouincialibus, cæterisque ad quos spectat, per Apostolica scripta mandamus; quatenus ipsi, & eorum singuli quantum ad eos pertinent, curent omni studio, diligentia, auctoritate, & vigilantia, præsentem constitutionem firmiter, & inuiolatè obseruari, & contra inobedientes, vel transgressores condignis pœnis animaduerti. Eosdem inobedientes, necnon contradictores quoslibet, & rebelles per opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brăchii secularis.

§. 14. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictorumque Monasteriorum, Prioratuum, domorum, locorum, necnon ordinum, Congregationum, collegiorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel ad verbum non inserta, effectus præsentis nostræ constitutionis impediri quomodolibet valeat, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Quæ omnia, quatenus pręmissis in aliquo aduersentur, prorsus tollimus, & abrogamus, cęterisque contrariis quibuscumque.

§. 15. Volumus autem, vt præsentes literæ in Valuis & S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, & in acie Campi Florę publicentur, affixis inibi earum exemplis, & dimissis. Quodque earum exempla, seu illorum compendia in libris quorumcumque statutorum prædictorum Monaste-
rio-

riorum, Prioratuum, Collegiorum, domorum, ordinum, & Congregationum (quò ad Moniales in vernaculum, & vulgarem cuiusque Regionis sermonem versa) & à loci ordinario, qui id quamprimùm fieri curet, subscripta inserantur; & saltem quotannis in Capitulis, siue congregationibus cuiusque earum alta, & intelligibili voce legantur. Et nihilominus post sexaginta dies à die publicationis (vt prefertur) in Romana Curia facienda, vnumquemque citra montes, vltra montes verò post quatuor menses, perindè arctent, & afficiant, ac si cuique personaliter intimatę, & per eos iuratæ fuissent.

§. 16. Quodque earum transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutę obsignatis, eadem prorsùs fides in iudicio, & extra illud vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum interdicti, prohibitionis, declarationis, inhibitionis, statuti, mandati, sublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ in Monte Quirinali, Annò Incarnationis Dominicę, millesimo quingentesimo nonagesimò quarto, tertiodecimo Kal. Iulij, Pontificatus nostri anno III.

L.Card.Prodat.

M. Vestrius Barbianus.

A.de Alexijs.

Registrata apud Marcellum Secretarium.

In nomine, & à Natiuitate Domini, millesimo quingentęsimo nonagesimo quarto, Indict. 7. die verò secun-

cunda Mensis Iulij, Pontif. Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. Anno tertio. Retroscriptæ litteræ publicatæ, & affixæ fuerunt in Acie Campi Florę, & aliis locis publicis, & consuetis per Nos Prosperum Spada, & Franc. de Bonis eiusdem S.D.N. Curs.

Ita Franc. de Bonis, S.D.N. PP. Curs.
Gabriel Sauarellus Cursorum Magister.

Confirmatio supradictę Constitutionis.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Nuper à Congregatione nonnullorum Romanæ Curiæ Prelatorum, coram dilecto filio nostro Antonio titulo S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali S. Onuphrij nuncupato, maiori Pęnitentiario, ac nostro in alma Vrbe Prouicario in spiritualibus generali, & nostro secundùm carnem fratre germano à Nobis deputata, emananit declaratio tenoris subsequentis, videlicet.

Declaratio constitutionis Clem. 8. quomodo munerũ largitio, & ex quib. causis licita sit.

Cùm circa interpretationem constitutionis fel. rec. Clement. VIII. sub Dat. xiii. Kal. Iulii, Pontificatus sui anno III. de Largitione mnnerum Regularibns vtriusque sexus interdicta, nonnullæ difficultates, & ambiguitates sint exortæ; Congregatio specialiter à S.D.N. Vrbano Diuina prouidentia Papa VIII. coram Eminentissimo Cardinali Sancti Onuphrii maiori Pęnitentiario, ac Vrbis Prouicario deputata, auctoritate sibi attributa declarauit, & declarat, munera à Religiosis vtriusque sexus tribui posse, ex causis gratitudinis, conciliationis beneuolentiæ, eiusque conseruationis erga ipsam Religionem, vel Conuen-

tum, aliis ve causis ex sui natura actum virtutis, & meriti continentibus, modestè tamen, ac discrete, & dummodò id non fiat, nisi de Superiorum localium licentia, ac etiam cum consensu maioris partis Conuentus, si talis consensus de iure, vel ex constitutionibus, seù consuetudinibus cuiusque Religionis respectiuè, in huiusmodi casibus requiratur. Consensum verò Conuentus in §.2. eiusdem Constitutionis ad leuiora esculenta, aut poculenta, seu ad deuotionem, & religiositatem pertinentia munuscula largienda, &c. requisitum, intelligi debere de consensu aliàs de iure requisito, & vbi concurrit ambitionis suspicio, qua cessante, nec in his requiri licentiam Superiorum in scriptis in §.4. eiusdem Bullę requisitam, sed sufficere licentiam, etiam oretenus eisdem concessam, declarat. Comessationes autem, computationes, & conuiuia in excipiendis præsertim Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinarijs honorificè, & lautè, de quibus in §.5. & 6. eiusdem Constitutionis, censeri tantummodò prohibita, si decentiæ status Regularis aduersentur. Restitutionem verò receptorum Conuentibus faciendam, de qua in §. 10. ibidem cautum est, intelligi debere de Conuentibus, ad quos data, donata, seu missa de iure pertinent, si id commodè fieri potest, aliàs Conuentui eiusdem Religionis viciniori loco, vbi petita fuit absolutio, restituantur. Insuper eadem facultate sibi tributa, omnes, qui huc vsque aduersùs supradictæ Constitutionis Capitula hic moderata largiti fuerunt, vel receperunt, à pœnis quibuscumque in eadem constitutione inflictis, & incursis posse, & debere à propriis Confessarijs absolui in foro conscientiæ, etiam non facta prius huiusmodi rerum donatarum, seù datarum restitutione. Quoad eos verò, qui præter modum prędictum grauiori Religionis detrimento largiendo, vel recipiendo transgressi sunt, sed ob inopiam restituere

tuere nequeunt, eadem Sanctitas concedit maiori Pœnitentiariæ, vt de præteritis vsque ad diem datę præsentium in foro conscientiæ absoluat, dispenset, & condonet, seu absolui, dispensari, & condonari mandet, prout in Domino magis expedire iudicauerit.

Constit. Clem. VIII. semel in anno legi mandatur pœna cõtra facientibus apposita, & sublata interpretandi facultate.

§.2. Et, ne prædictæ Clementis VIII. Constitutionis memoria dilabatur, Superiores locales cuiuscumque Monasterij, Conuentus, Domus, ac Collegij Regularis sub pœna priuationis officij, vocisque actiuæ, & passiuæ ipso iure incurrenda, efficere teneantur, vt in perpetuum singulis annis mense Ianuario, non solùm prædicta Constitutio (quam in reliquis eius partibus eadem Sanctitas, omninò obseruari iubet, & quatenus opus sit, innouat, quemcumque prætensum non vsum, aut prætensum vsum, seu prætensam consuetudinem, damnando, & irritando) verùm etiam hoc decretum in aliqua publica Congregatione, vel saltem in publica mensa perlegantur. Omnibus tàm Ecclesiasticis personis, etiam Regularibus, quàm Laicis cuiuscumque sint Ordinis, conditionis, gradus, ac dignitatis, etiam speciali nota dignis, & qui sub generali dispositione non comprehenderentur, prædictam Clementis Constitutionem contra præsentis decreti tenorem declarandi, vel interpretandi facultate pænitùs interdicta, super quibus Sanctissimus mandauit expediri Breue. Datum Romæ die decimaquinta Septembris 1640.

Prædictã declarationem cõfirmat & approbat, suppletque defectus.

§. 3. Quapropter vt præmissa firmiùs subsistant, & inuiolabiliter obseruentur, quantùm cum Domino possumus, prouidere volentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, declarationem præinsertam cum omnibus, & singulis in ea contentis, tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & singulos, tàm iuris, quàm

facti

facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint supplemus, illaque inuiolabiliter ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum, obseruari.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, & quosuis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Clausula sublata, & decretum irritans

§. 5. Non obstant, quòad ea, quæ declarationi prædictæ, & præsentibus sunt contraria, vel diuersa Constitutioni fel. record. Clementis Papæ VIII. prædecessoris Nostri prædicti, ac omnibus illis, quę idem Clemens in Constitutione huiusmodi voluit non obstare, cęterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romę apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die xvj. Octobris, M. DC. XXXX. Pontificatus Nostri Anno decimo octauo.

Derogat cōtrarijs

M. A. Maraldus.

In Nomine, & à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo, Indictione octaua, die verò trigesima mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. anno decimo octauo, retroscriptę litterę publicę, & affixę fuerunt in acie Campi Florę, & aliis locis publicis, & consuetis, per nos Hieronymum Mascellam, & Andream Castruccium eiusdem S.D.N. Cursorem.

Ita est Hieronymus Mascella D. N. PP. Cursor Pro D. Magistro.

Ita est Andreas Castruccius S.D.N. PP. Cursor.

Decreta Sacræ Congregationis Conc. Vrbani VIII. auctoritate edita, de celebratione Missarum.

Sub pœna priuationis officij, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendis: legenda sexto quoque mense, idest, feria secunda post primam Dominicam Aduentus; & feria sexta post Octauam Corporis Christi.

VRBANVS PAPA VIII.

CVm sæpè contingat, in quibusdam Ecclesiis, tàm magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis, aut piorum eleemosynis impositum esse, vt illis, pro singulis diebus præscriptis, nequeat satisfieri, & tamen noua onera Missarum in dies suscipiantur, indèque fiat, vt depereant piæ testantium voluntates, obstricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ suffragiis priuentur, Ecclesiis debitus subtrahatur cultus, ac Christi fideles graui scandalo affecti plerumque à similibus charitatis operibus retrahantur: Cùmq; his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quòd hi, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas breui ad pauciorem numerum à Superioribus reductum iri, aut quòd Ecclesijs, forte pecuniarum absumpta, plerumque nuda remaneant onera Missarum, absque vllo emolumento, aut quòd eleemosyna pro illis celebrandis sit adeò tenuis, vt non facilè inueniantur, qui velint huic se muneri subijcere, & redditus Ecclesiæ, aut Monasterii adeò exigui, vt Sacerdotes pro necessaria sua sustentatione nouis se oneribus obstringere compellantur. Sacra Congregatio Cardinalium

Con-

Concilij Tridentini interpretum, animaduertens facturam se rem Deo gratissimam, charitatique ac iustitiæ maximè consentaneam, si pro viribus satagat hunc teterrimum abusum è Christiana Republica conuellere, atque eradicare, Sanctissimi Domini Nostri Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. auctoritate sibi specialiter attributa, infrascripta decreta edidit.

§. 1. Ac 1. districtè prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalis, vel aliàs quoquo modo reducant onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis; sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, quę, re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit. *Onera Missarũ non reducantur, nisi ab Apostol. Sede.*

§. 2. Deindè vbi pro plurimis Missis, etiam eiusdem qualitatis celebrandis, plura stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, siue ab vna, siue à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum, Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, monasteriis, Conuentibus, Congregationibus, domibus, ac locis piis quibuscumque tàm secularibus, quàm Regularibus, Sacra Congregatio sub obtestatione diuini iudicij mandat, ac præcipit, vt absolutè tot missę celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint, ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, suę obligationi non satisfaciant, quinimmò grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur. *Tot missa celebrentur, quot stipendia sunt recepta.*

§. 3. Id verò vt deinceps obseruetur exactiùs, Sacra Congregatio, eadem auctoritate, reuocat priuilegia,

Reuocantur priuilegia satisfaciendi Missis, cũ anniuersarijs, vel collectis.

& indulta omnia quibusuis personis, Ecclesiis, ac locis piis, tàm secularibus, quàm Regularibus cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Qui certã pecuniam pro Missa celebranda sumpsit, minore pro ea alteri non det.

§. 4. Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem Missam alteri, parte eiusdem eleemosynę sibi retenta, celebrandam committat.

An hoc decretum obliget ad mortale, aliqui putant, quòd non, quia verba nulla id indicantia adsunt: alij tamen, quòd sic, quia tàm subtilis districtio Congreg., vt patet ex declarat., innuit Congregationem id seriò intendisse; at transgressio Constit. in re graui mortali est; ex Peyrin. fol. 286.

Pecunia recipiẽda cum onere perpetuo Missarũ conuertãtur in bona immobilia.

§. 5. Pręterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, sacerdotes in eis, vt par est, adimplendis eò tepidiores, ac segniores reddantur, quòd onera huiusmodi, cum nulla, aut parua sint vtilitate coniuncta, statuit, atque decernit, vt pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conuentibus, ac locis omnibus, tàm secularibus, quàm Regularibus; atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda, à die realis acquisitionis statim deponi debeant penès ędem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quampri-

primùm inueſtiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expreſſa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur; ac, ſi eadem bona immobilia auctoritate Apoſtolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium ſub eadem pœna, vt ſupra, deponi, atque in aliis bonis ſtabilibus itidem fructiferis, cum eiuſdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debeat.

Onera perpetua miſsarũ non recipiantur ſine Epiſcopi, vel General. aut Prouincialis licentia, & miſſæ manuales quando recipienda.

§. 6. Ad hæc ſacra Congregatio quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, ac piorum locorum, tàm ſecularium, quàm Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, diſtrictè prohibet, ne in poſterum onera perpetua ſuſcipiant Miſſarum celebrandarum, ſeculares quidem ſine Epiſcopi, vel eius Generalis Vicarij, Regulares verò ſine Generalis, vel Prouincialis conſenſu, & licentia, in ſcriptis, & gratis concedenda; alioquin ſecularis, qui huius prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccleſię interdictus ſit eo ipſo, Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quę tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cœtero obtinenda, vocisque actiuæ, ac paſſiuæ, abſque aliqua declaratione incurrat. Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis ita demum ijdem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint, vt noua quoque onera ſuſcipere valeant; alioquin omninò abſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis, etiam ſpontè oblatis, in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſiis cum inſcriptione illa, eleemosyna pro miſſis, vel alia ſimili, ſub iiſdem pœnis ipſo facto incurrendis, ne fideles hac ratione fruſtentur. Epiſcopus verò, ſeu eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis Miſſa-

rum celebrandarum obligationibus, cuique Ecclesię, Monasterio, aut loco pio incumbentibus, nec anteà assensum huiusmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè constiterit, illius Sacerdotes tàm nouo oneri suscipiendo, quàm antiquis iam susceptis satisfacere posse; pręcipuamque rationem habeant, vt redditus, qui Ecclesijs, & locis piis relinquuntur, omninò respondeant oneribus adiunctis, secundùm morem cuiusque Ciuitatis, vel Prouincię, intelligantque si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in nouissimo die se huius prętermissi muneris rationem esse reddituros.

Vnicuiq. conuĕtui numerus Fratrũ assignetur, qui competĕter possit sustentari.

Trident. ses. 25. de reg. ca. 3. Vrban. 8. in const. 10. inf. §. 31. Paul. V. per suam constit. 9 apud Cherub. to. 3. bul. pag. 187.

§. 7. Postremò illustr. Patres non sine graui animi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ Regularem disciplinam euertunt, ac pręcipuè nimiam hanc facilitatem fouent in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex maiori Regularium numero, quàm ferant redditus, & eleemosynæ cuiusque Monasterii; inhęrentes Summorum Pontificum, ac sacri Tridentini Concilii decretis hac de re editis, S. D. N. auctoritate pręcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Prouincialibus, Commissariis, Ministris, Pręsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Prępositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus Monasteriorum, Conuentuum, ac domorum Regularium, bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italię, & Insularum adiacentium, vt singulis, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum vsu peritioribus, bona immobilia, census, redditus, & prouentus omnes, consuetas item eleemosynas, & obuentiones, tàm communes Monasteriorum, Conuen-

uentuum, & domorum eiusdem Prouinciȩ, quàm etiam singularibus personis Religiosis assignatas, seu permissas, in communem vsum deinceps conferendas, decem annorum immediatè prȩcedentium habita ratione, diligenter, & maturè recognoscant, iis omnibus detractis, quȩ reparationes, prȩstationes, grandines, sterilitates, aliave cuiuslibet generis onera consueuerunt absorbere, eaque omnia scripto fideliter exarata idem Superior, cuius interest, in proximo Capitulo, seu Congregatione Generali, vel Prouinciali coram tribus iudicibus, ab ipsomet capitulo, seu congregatione deligendis proponat, qui, computatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obuentionibus vniuersis, & oneribus, vt supra, detractis, sedulò examinent, quot Religiosi homines, connumeratis etiam laicis, alijsque necessarijs seruientibus, in vnoquoque Monasterio, Conuentu, & domo Regulari, iuxtà Regionis, & proprij Instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. *Vide to.1 Relig.qu. 2.c.2.§.2. pag.521. apud Peirin.*

Tum eorumdem bonorum reddituum, eleemosynarum, & onerum prȩcisam notam ipsimet Capitulo, seu congregationi exhibeant, vt in illo diligenter omnibus discussis, cuiusque familiæ, Monasterij, Conuentus, ac domus Regularis, in singula quaque Prouincia certus, earum tantùm personarum numerus Patrum capitularium voto, præfigatur, quȩ redditibus, eleemosynis, & obuentionibus, vt superiùs, sufficienter ali possint.

Ne verò Superiores, qui id prȩstare debent, seriùs, aut remissiùs, quàm est par suo muneri satisfaciant, mandat Sac. Congregatio, vt infra annum, post proximum Capitulum Generale, vel Prouinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redactam, ad Sac. ipsam Congreg.

Concilij singuli mittant, numerumque familiç, singulorumque Conuentuum, Monasterium, & domorum huiusmodi Regularium, Capituli, seu Congregationis Generalis, vel Prouincialis sententia, & auctoritate praefinitum ijdem Superiores, tàm Generales, & Prouinciales omnes, quàm locales perpetuò seruare omninò teneantur, nec possint illum quoquo modo augere, etiam prçtextu augmenti redditnum, absque Sacrae ipsius Congregationis licentia. Superiores autem huiusmodi, qui praedicta omnia in praefixo termino non praestiterint, vel numerum, vt supra, praescriptum quovis modo augere praesumpserint, priuationis omnium officiorum, quae tunc temporis obtinebunt, vocisque actiuae, ac passiuae, & ad omnia suae Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam poenam eo ipso incurrere, atque aliis etiam grauioribus à Sede Apostolica infligendis poenis Sacra Congregatio subiacere voluit, & declarauit.

Conuentus, vbi sustetari non possint 12. Fratres, non recipiantur, alioquin Ordinario subsint.

§. 8. Deinceps verò Monasterium, Conuentus, domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu regularium nullibi recipiatur, nisi, praeter alia ad id requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis omnibus, vt supra, detrahendis, competenter sustentari valeant ad praescriptum decreti fel. recordat. Gregor. XV. hac de re editi; alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, vt supra, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimodae iurisdictioni subiecta esse intelligantur.

§. 9. Porrò, ne vllo vnquam tempore haec in obliuionem, seu desuetudinem abeant, Superiores locales cuiusque Monasterii, Conuentus, ac domus

Re-

Regularis curare, atque efficere teneantur sub pœna priuationis officii, vocisque actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda, vt in perpetuum sexto quoque mense, idest feria secunda post primam Dominicam Aduentus, & feria sexta post octauam Corporis Christi, præsentes ordinationes in publica mensa perlegantur: Omnibus, tàm Ecclesiasticis personis, cuiuscumque sint Ordinis, conditionis, & gradus, quàm laicis, quocumque honore, ac potestate præditis, præsentia decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitùs interdicta.

Hæc decreta sexto quoque mense in publica mensa legantur: & nullus interpretetur.

§. 10. Non obstantibus quò ad suprascripta omnia, & singula in præsentibus decretis contenta, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, in fauorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium; Militiarum, etiam S. Ioannis Hierosolymitani, congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, & indiuiduò exprimendi, Ecclesiarum, monasteriorum, conuentuum, collegiorum, capitulorum, Hospitalium, confraternitatum, & aliorum quorumcumque tàm secularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Marimagno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione

Derogat cōtrarijs

de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis haben., quibus quò ad ea, quę præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis suæ auctoritate specialiter, & expresè derogat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat formã publicãdi, e transumptis fidẽ iubet adhiberi.

§. 11. Et, ne pręmissorum ignorantia à quorum prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, vt præsentes ordinationes in Valuis Basilicarum Sancti Ioan. Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie campi Floræ (vt moris est) affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

Vtque earumdem pręsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quę præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ die 21. Iunij 1625. Cosmus Cardin. de Torres:

Loco ✠ sigilli. Prosper Fagnanus.

De-

Declarationes aliquot Sacrę Congregationis Concilij S. D. N. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. auctoritate editæ super decretis eiusdem Congregationis de celebratione Missarum.

§. 1. SVper primo Sacrę Congregationis de celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in diœcesana Synodo, aut Generalis in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis. Quæritur, quid, si legatum sit ita tenue, vt non sit, qui velit onus illi iniunctum subire, &, si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit pro expensis ad id necessarijs? Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, vt possit huiusmodi onera moderari?

§. 2. Secundò, super secundo eiusdem Congregationis decreto, quo cauetur, vt celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ eleemosynę præscriptæ fuerint. Quęritur, an verba illa (pręscriptę fuerint) intelligenda sint, de præscriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

§. 3. Tertiò, an cùm Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam, iuxtà qualitatem loci, personarum, ac temporum, sacerdotes, accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illas ab offerente præscriptas, celebrare?

§. 4. Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione beneficii, seu Capellæ, legati, aut salarii, possint etiam manualem eleemosynam pro Missis votiuis, aut defunctorum recipere, & vnico Missæ sacrificio vtrique oneri satisfacere?

§. 5.

§. 5. Quintò, poſito, quòd teſtator relinquat, vt celebrentur pro eius anima centum Miſſæ, abſque vlla præſcriptione eleemoſynæ. Quæritur, an liberum ſit hæredibus eleemoſynam ſibi benè viſam præſcribere; an verò eadem eleemoſyna præſcribenda ſit ab Ordinario?

§. 6. Sextò, ſuper tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio reuocat priuilegia, quibus indulgetur, vt certarum Miſſarum, vel Anniuerſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeu orationibus, plurium Miſſarum oneribus, in futurum ſuſcipiendis, ſatisfiat. Quæritur, an verba (in futurum ſuſcipiendis) intelligenda ſint de oneribus ſuſcipiendis poſt priuilegium?

§. 7. Septimò, ſuper quartò eiuſdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, ne eamdem Miſſam alteri, parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat. Quæritur, an permittendum ſit adminiſtratoribus Eccleſiarum, vt retineant aliquam eleemoſynarum portionem pro expenſis manutentionis Eccleſiæ, altarium inſeruientium, paramentorum, luminum, vini, hoſtiæ, & ſimilium?

§. 8. Octauò, an hoc decretum habeat locum in beneficiis, quæ conferuntur in titulum, ideſt an Rector beneficij, qui poteſt per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare ſtipendium ad rationem redditũum beneficii?

§. 9. Nonò, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemoſyna maior ſolita pro celebratione Miſſæ, debeant dare eamdem integram eleemoſynam iis, quibus Miſſas celebrandas committunt, an verò ſatis ſit, vt det celebrantibus eleemoſynam conſuetam.

§. 10. Decimò, ſuper quinto eiuſdem Congregationis

tionis decreto, quo, inter cœtera, ſtatuitur in hæc verba, eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis ita demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus anteà impoſitis ita ſatisfecerint, vt noua quoque onera obire valeant, alioquin omninò abſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis, etiam ſpontè oblatis, in futurum recipiendis, & capſulas auferant, &c. Quæritur, an hoc decretum prohibeat abſolutè, quominus accipiant nouas eleemoſynas ij, qui acceptis non ſatisfecerunt, & quid, ſi congruo tempore poſſint omnibus ſatisfacere?

§. 11. Vndecimò, quid, ſi offerens eleemoſynas, audito impedimento, conſentiat, vt Sacerdos Miſſam celebret, cùm primùm poterit?

§. 12. Duodecimò, an pœna interdicti, & alię appoſitæ in eodem decreto, afficiant tàm eos, qui accipiunt eleemoſynas contra formam ibi præſcriptam, quàm eos, qui non auferunt capſulas ab Eccleſiis, vt ibidem præcipitur?

§. 13. Decimotertiò, an in hoc decreto comprehendantur illę capſulæ, quæ apponi ſolent in Eccleſiis in die commemorationis omnium Defunctorum, & vulgò dicuntur [*Caſſe de morti?*]

§. 14. Decimoquartò, an adminiſtratores Eccleſiæ magnæ deuotionis, & concurſus, poſſint eleemoſynas pro Miſſis celebrandis accipere, ſi iiſdem Miſſis, non niſi poſt longum tempus, ſatisfacere valeant, ne aliàs cultus Eccleſiæ, & deuotio, ac concurſus fidelium, vt aiunt, minuatur?

§. 15. Decimoquintò, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa ſolis Capitulis, collegiis, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, & piorum locorum, tàm ſecularium, quàm Regularium Superioribus, de quibus ſit expreſſa mentio, non autem priuatis Sacerdotibus,

qui

qui tamen comprehendi videntur sub clausula Generali (& aliis, ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione.

§. 16. Decimosextò, super septimo eiusdem Sacræ Congregationis decreto, quo cauetur, vt in singulis monasteriis Religiosorum præfigatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut eleemosynis commodè possit sustentari. Quæritur, an vbi hæc præfixio facta iam fuit in vim similis decreti S. M. Pauli V. absq; tamen computatione redditum cuiusque Religiosi, sit denuò facienda, necne?

§. 17. Decimoseptimò, an nouitij ad habitum Regularem admissi, possint admitti ad professionem in monasteriis, in quibus, habita, vt supra, præfixione numeri, commodè ali non possunt.

§. 18. Decimooctauò, super vltimo, quo cauetur, vt nullibi recipiantur Conuentus Regularium, nisi, præter alia ad id requisita, duodecim saltem fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, ita vt alioquin subsint iurisdictioni Ordinarii. Quæritur, an hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem missarum, comprehendat eas Religiones, quæ non consueuerunt onera Missarum recipere, vt sunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis Iesu.

§. 19. Vltimò, an idem decretum, vbi disponit, vt nullibi recipiantur Monasteria, nisi, &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proximè antecedens, an verò etiam extra Italiam.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Trident. interpretum, auctoritate sibi à S.D.N. attributa, ad singula dubia superiùs proposita ad hunc modum respondit, videlicet.

Ad 1. Etsi legatum sit adeò tenue, nihilominus pro redu-

reductione oneris, vt supra, impositi, ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ absque vlla impensa id statuet, quod magis in Domino è re esse iudicauerit: Verùm tamen, si in ipsa beneficii erectione expressè cautum fuerit, vt liceat Episcopo iniunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & obseruandam.

Ad 2. Esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quòd si tribuens eleemosynam, numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius, secundùm morem suæ ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad 3. teneri.

Ad 4. Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficii, seu capellæ, legati, aut salarii, si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa vtrique obligationi satisfacere.

Ad 5. censuit, vbi nullam certam eleemosynam testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quę respondeat operibus Missarum celebrandarum, secundùm morem ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad 6. Ita esse intelligenda.

Ad 7. Respondetur, permittendum non esse, vt Ecclesiæ, ac loca pia, seu illorum administratores ex eleemosynis Missarum celebrandarum vllam, vtcumque minimam, portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cùm Ecclesiæ, & loca ipsa alios non habent redditus, quos in vsum earumdem expensarum erogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ

pro

pro ipsomet tantum Missæ sacrificio necessariò sunt subeundę; & nihilominus eo etiam casu curandum esse, vt ex pecunijs, quæ supersunt, expensis, vt supra, deductis, absolutè tot Missę celebrentur, quot pręscriptę fuerint ab offerentibus eleemosynas.

Ad 8. Non habere locum, sed satis esse, vt rector beneficij, qui potest per alium Missam celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam, secundùm morem ciuitatis, vel Prouinciæ, nisi in fundatione ipsius beneficij aliud cautum fuerit.

Ad 9. Debere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem sibi retinere posse.

Ad 10. Respondetur, non prohibere absolutè, ac propterea etsi oneribus iam susceptis non satisfecerint, posse tamen noua etiam onere suscipere Missarum celebrandarum, dummodò infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Per modicum verò tempus hic intelligo spatium trium annorum, quo spatio terminantur officia, vt plurimum Regularium; cùm enim hæc decreta sint odiosa, attenta præsertim Mendicantium paupertate, debent ita interpretari, vt minus lædant, quàm fieri potest, & cum, quid sit modicum tempus, arbitrarium sit, vt docent Tuschus litt. T. conclus. 37. num. 12. Menoch. lib. 2. casu 31. num. 5. *Ideò per modicum tempus hic intelligo spatium trium annorum, seu omninò remittendum est iudicis arbitrio considerantis circumstantias loci, temporis, personarum, &c.*

Ex Peyr. fol. 389.

Ad 11. Quamuis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione, id sciat, & consentiat, vt illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quominus eo casu eleemosyna accipiatur

pro

pro iifdem Miffis, iuxtà benefactoris confenfum celebrandis.

Ad 12. Has pœnas non habere locum, nifi in fufcipientibus onera perpetua Miffarum celebrandarum fine licentia Epifcopi, vel eius Generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

Ad 13. Comprehendi.

Ad 14. Non poffe, nifi de confenfu eorum, qui eleemofynas tribuunt, vt fupra in refponfione ad 12.

Ad 15. Comprehendi etiam priuatos Sacerdotes.

Ad 16. Numeri prefixionem effe iterum faciendam, feruata forma vltimi decreti de hac re editi.

Ad 17. Effe admittendos ad profeffionem, fi aliàs habiles exiftant, ac deindè in aliquo alio Monafterio eiufdem Religionis effe collocandos, vbi commodè ali poffint.

Ad 18. Cenfuit comprehendere.

Ad vltimum, habere locum etiam extra Italiam. Cofmus Card. de Torres. Profper Fagnanus Sacræ Congreg. Secret.

Decretum Sacræ Congregationis Regularium.

De tempore legendi fupradictam Conftitutionem de celebratione Miffarum.

Conftit. de celebr. Miff. legi poteft ipfa die cõftitutione præfcripta, vel infra terminũ decem dierum immediatè fequẽtiũ.

PRocurator Generalis Ordinis Eremitarum S. Auguftini fupplicauerat à S. Congregatione benignè condonari pœnas ijs Superioribus, qui die prefixo lectioni Conftitutionis Sanctiffimi de celebratione Miffarum per obliuionem, vel inaduertentiam legi non feciffent, & fimul prorogari terminum præfixum dictæ lectioni: & S. Congregatio refpondit, vt infrà.

Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Regula-

rium præposita pręfatis precibus benignè annuendo, gratiosè condonauit supradictis Superioribus localibus Ordinis Eremitarum S. Augustini omnes, & quascumque pœnas de præterito incursas ob inobseruantiam decreti de publicandis Ordinationibus Sac. Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, de celebratione Missarum: & iisdem Superioribus permisit, vt in posterum facere possint dictas ordinationes perlegi, vel die in ipsis Ordinationibus pręscripta, vel infra terminum decem dierum immediatè subsequentium. Romæ 21. Maij 1638.

F. Antonius Cardinalis S. Honuphrij.
C. Fachenettus Secr.

Similiter Procurator Generalis Congregationis Lateranensis idem supplicauerat à S. Congregatione pro Superioribus suæ Congregationis, quæ tempus magis ampliauit, vt infra.

Constit. de celeb. Miss. logi potest infra terminum vnius mensis subsequentis vel die in ipsa constitutione praescripta.

SAcra Congregatio Cardinalium negotijs Regularium præposita, præfatis precibus benignè annuendo, gratiosè condonauit supradictis Superioribus localibus Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensis Ordinis Sancti Augustini omnes, & quascumque pœnas de præterito incursas ob inobseruantiam Decreti de publicandis Ordinationibus Sacræ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ne celebratione Missarum, & ijsdem Superioribus permisit, vt in posterum facere possint dictas Ordinationes perlegi, vel in die in ipsis Ordinationibus pręscripta, vel infra terminum vnius mensis immediatè subsequentis. Romæ die 16. Aprilis 1638.

Fr. Ant. Card. S. Honuphrij.
C. Fachenettus.

De-

Decretum Sacræ Congregationis Sancti Officij Vrbani VIII. iussu editum, de Obseruantia Constitutionum Apostolicarum, & Decretorum ad Sanctum Officium pertinentium, &c.

Legendum quotannis, feria sexta post octauam Assumptionis B.M.Virginis in publica refectione, vel in Capitulo ad hoc specialiter conuocato, & insuper in quocumque Generali, vel Prouinciali Capitulo, Congregatione, Conuentu, Capitulari congressu, dieta, &c. Sub pœnis priuationis Officij, vocisque actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendis, atque alijs Suæ Sanctitatis arbitrio infligendis, &c.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Feria v. die xiv. Aprilis M.DC.XXXIII.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coràm Sanctiss. Domino nostro N. VRBANO Diuina prouidentia Papa VIII. ac Eminentissimis, & Reuerendissimis Domini Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus aduersùs hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

§.1. SAnctiss. Dominus noster sedulò incumbens, vt ea, quæ salubriter Apostolicis Decretis, & Constitutionibus statuta, & ordinata sunt, præsertim

quę ad Sanctum Officium Inquisitionis contra hęreticam prauitatem pertinent, inuiolabiliter obseruentur, & omnimodam sortiantur executionem, districtè mandat, & præcipit, vt omnes Superiores cuivis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam de necessitate exprimendæ Regularis, aut cuiusvis alterius Instituti, etiam quantumvis exempti, & priuilegiati, teneantur sub pœna priuationis officij, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda, aliisque arbitrio Sanctitatis Suę infligendis in perpetuum semel saltem in anno, ideſt, feria sexta post Octauam Assumptionis Beatæ MARIÆ Virginis in publica mensa, vel in capitulo ad hoc specialiter conuocato; & insuper in quocumque Generali, ac Prouinciali Capitulo, Conuentu, dieta, vel alio quouis nomine nuncupato capitulari congressu, suos subditos, ac Religiosos, commonere de iniuncta omnibus obseruantia, & executione earumdem Apostolicarum constitutionum, & Decretorum ad Sanctum Officium Inquisitionis aduersùs hæreticam prauitatem pertinentium, ac præsertim,

§. 2. Iulij III. constit. 11. incip. *Licet à diuersis:* contra impedientes Inquisitores hæreticæ prauitatis in eorum officio, aut in causis Inquisitionis se ingerentes, eorumque complices, & fautores: Et contra ipsos Inquisitores admittentes laicos ad criminis hæresis cognitionem. Et Pii V. Constit. 82. incip. *Si de protegendis:* contra occidentes, verberantes, deiicientes, aut perterrefacientes quemuis ex Ministris Sanctiss. Officii Inquisitionis, vel Episcoporum, id munus in sua Diœcesi, vel Prouincia obeuntium, seu Accusatorem, Denunciatorem, aut Testem, in causa fidei quomodocumque productum, vel euocatum; necnon contra diripientes, expugnantes, inuadentes, recedentes, expilantes, aliòve exportantes alicuius prędictorum bona, libros, litteras, auctoritates, exemplaria, regesta,

pro-

protocolla, exempla, ſcripturas, aliave inſtrumenta ſiue publica, ſiue priuata, vbicumque poſita, eorumque complices, & fautores, & contra effringentes carcerem, vel cuſtodiam publicam, vel priuatam, extrahentes, vel emittentes vinctum, prohibentes capiendum, caputve eripientes, recipientes, occulentes, ſeu facultatem effugiendi dantes, ſeu id fieri iubentes, eorumque complices, & fautores, etiam effectu non ſecuto: nullatenus excuſandos, niſi claras tantummodò probationes in contrarium adducentes: & contra intercedentes pro præfatis delinquentibus: Inflictis contra quemlibet prædictorum pœnis, quæ damnatis ex primo capite legis Iuliæ Maieſtatis, eorumque filiis irrogantur, & oblata reuelantibus impunitate.

§. 3. Pij IV. Conſtit. 31. incip. *Cùm ſicut nuper*; contra Sacerdotes, qui pœnitentes mulieres in actu Sacramentalis confeſſionis ad inhoneſtos actus prouocare, & allicere tentant, & ſollicitant. Et Gregorii XV. conſtit. 34. incip. *Vniuerſi Dominici gregis*; ampliatiuæ circa huius criminis probationes, & extenſiuæ contra confeſſarios, qui perſonas (quæcumque illæ ſint) ad inhoneſta ſiue inter ſe, ſiue cum aliis, quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis confeſſionis, ſiue ante, ſiue poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſſionis, vel extra occaſionem confeſſionis in confeſſionario, aut alio in loco ad audiendam confeſſionem electo, ſollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermone, ſiue tractatus habuerint. Et contra confeſſarios non monentes eos, quos ſciunt ab aliis confeſſariis ſolicitatos eſſe, vt Inquiſitoribus, vel Ordinariis, ſollicitantes denuncient, vel docentes eos ad ita denunciandum non teneri.

§. 4. Gregorii XIII. Conſtitut. 22. incip. *Officij noſtri partes*. De Iuriſdictione Inquiſitorum hæreticæ praui-

tatis in eos, qui, ad Ordinem Presbyteratus non promoti, Missas celebrant, & sacramentaliter confessiones audiunt. Clementis VIII. constitut.81. incip. *Et si alias*, declaratoriæ contra eos infligendę per Iudices laicos, præuia eorum degradatione. Et Sanctitatis Suæ constit. 79. incip. *Apostolatus officium*: extensiuæ ad minores 25. annis, dummodò vigesimum ętatis annum compleuerint.

§. 5. Sixti V. constit.17. incip.*Cęli,& Terræ Creator;* contra exercentes artem Astrologiæ Iudiciariæ, & alia quæcumque diuinationum genera, librosve harum artium legentes, vel tenentes. Et Sanctitatis suæ constitut.113.incip. *Inscrutabilis Iudiciorum Dei;* extensiuæ ad alia, & cum grauioribus pœnis.

§. 6. Clementis VIII. constitut.41.incipit.*Cum sicut;* contra Italos, ne extra Italiam proficiscantur ad loca, in quibus liber, & publicus cultus, siue vsus Catholicæ Religionis non existat, minusque eis in locis habitent. Et Gregorii XV. constit.28.incipit. *Romani Pontificis*: contra hęreticos, ne in locis Italiæ, & Insularum adiacentium quovis prætextu commorentur, & contra eorum fautores, & receptatores.

§. 7. Pauli Quinti constitut. 26. incip. *Romanus Pontifex*: Reuocatoriæ facultatum Superioribus quorumcumque Ordinum, & Religiosorum quoquo modo concessarum, cognoscendi causas suorum subditorum, ad Officium S. Inquisitionis quomodolibet pertinentes.

§. 8. Eiusdem constitut. 97. incip. *Regis pacifici*: Innouatoriæ Constitutionum à Sixto Quarto, & Pio Quinto de Conceptione B. MARIAE Virginis editarum: Impositionis maiorum pœnarum in transgressores, à locorum Ordinariis, & hæreticæ prauitatis Inquisitoribus puniendos. Et Gregorii Decimi quinti constit.29. incip. *Sanctissimus Dominus Noster auditis;*

am-

ampliatiuæ, & declaratoriæ prohibitionis asserendi Beatam MARIAM Virginem conceptam esse in peccato originali.

§. 9. Gregor. XV. constitut. incip. *Romanus Pontifex in specula*; reuocatoriæ quarumcumque Concessionum viuæ vocis oraculo factarum. Et Sanctitatis Suæ Constitut. extensiuæ ad quoscumque quantumvis priuilegiatos, & exemptos, incip. *Alias fel. rec. Greg. Papa XV. sub dat. Romæ* 20. *Decemb.* 1631.

§. 10. Eiusdem constitut. 40. incipit. *Apostolatus officium*: & Sanctitatis Suæ constit. 114. incip. *Eo modo*: reuocatoriæ licentiarum quarumcumque legendi, & habendi libros prohibitos.

§. 11. Sanctitatis Suæ constitut. 37. incip. *Sanctissimus Dominus Noster solicitè animaduertens*. De Imaginibus nondum à Sede Apostolica Canonizatorum, vel Beatificorum cum radiis, splendoribus, aut Aureolis non proponendis: Tabellis, aut luminaribus ad eorum sepulchra non apponendis: eorumve gestis, miraculis, reuelationibus, beneficiorum impetrationibus, non publicandis, aut imprimendis.

§. 12. Pariter Sanctitatis suæ constitut. 50. incip. *Sanctissimus Dominus Noster pro debito sui Pastoralis officij*. De libris vbicumque compositis, de quacumque materia tractantibus, ab his, qui degunt in statu Ecclesiastico non transmittendis aliò, vt imprimantur, sine Vicarij, & Magistri Sacri Palatij in Vrbe, vel extra eam, siue Ordinarii, & Inquisitoris, aut ab eis deputatorum licentia.

§. 13. Et eiusdem constitut. sub dat. Romæ die 5. Nouembris 1631. incip. *Cùm sicut accepimus*: Quod Constitutiones Apostolicæ in concernentibus Fidem Catholicam, & Sanctæ Inquisitionis officium hactenùs editæ, & in posterum etiam super quacumque alia re edendæ, omnes Regulares quomodolibet pri-

uilegiatos comprehendant, nisi in edendis, illi specialiter excipiántur.

§. 14. Et insuper ijdem Superiores teneantur curare, & efficere, vt huius decreti exempla aliquo in loco apud eos publico affigantur, & affixa conseruentur, itavt ab eisdem subditis Religiosis omnibus videri, ac legi commodè queant: Deque huiusmodi conditione, publico documento statim certiorem facere Congregationem Sanctiss. Inquisitionis in Vrbe. Et ita mandat, & præcipit Sanctitas Sua.

Ioan. Antonius Thomasius S. Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Anno millesimo sexcentesimo trigesimo tertio, Indictione prima, Pontificatus S.D.N.D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. die verò septima mensis Iunij supradictæ Litteræ, siue Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valuas Principie Apostolorum Vrbis, ac in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Alexandrum Latinum Prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Se-

Sequuntur Constitutiones relatæ in supra-scripto Decreto.

IVLII III. CONSTITVTIO XI.

Relig. vt sup. §. 2. fol. 37.

Contra impedientes Inquisitores hæreticæ prauitatis in eorum officio, aut in causis Inquisitionis se ingerentes. Et contra ipsos Inquisitores, admittentes laicos ad criminis hæresis cognitionem.

IVLIVS EPISCOPVS.

Edita anno D. 1551.

Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Inquisit. à multis impediebatur in eorũ officijs sub varijs prætextibus.

LIcèt à diuersis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, etiam per speciales constitutiones in corpore iuris insertas, fuerit ritè, & salubriter sancitum, atque decretum, vt sæculi potestates, & Domini temporales, ac prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum quorumcumque rectores quibuscumque dignitatibus, vel officijs, aut nominibus censeantur, diœcesanis Episcopis, & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ipso Inquisitionis negotio faueant, & assistant; nemoque ex prædictis potestatibus, dominis, & rectoribus, eorumque officialibus de crimine hæresis, cùm merè sit Ecclesiasticum, quoquo modo cognoscat, vel iudicet, neque diœcesano Episcopo, vel Inquisitori ipsius Inquisitionis negocio incumbenti se opponere, aut ipsum aliquatenus impedire, vel impedientibus auxilium, aut fauorem scienter dare audeat, perpetuæ damnationis sententia in eos, qui contra prædicta fecerint, promulgata, quam si per annum animo susti-

nuerint pertinaci, ex tunc veluti hæretici condemnentur; vſque adeò tamen in omnibus ferè non ſolùm Italiæ, verùm etiam aliis prouinciis, ciuitatibus, terris, & locis, complurium laicorum, vt accepimus, mundanę gloriæ proceſſit ambitio, vel ſacrorum Canonum inſcitia, vel Eccleſiaſticę diſciplinę contemptu, vt in animarum ſuarum perniciem, atque interitum, diœceſanos Epiſcopos, & Inquiſitores à Sede Apoſtolica inſtitutos, Inquiſitionis officium exercentes, alii ſub iuſtitiæ prętextu, ne vlli ſcilicet fiat iniuria, impedire; alij verò ſub pietatis colore, vt ſontes ſcilicet ſeueriùs puniantur, ſe ipſis diœceſanis, Epiſcopis, & Inquiſitoribus adiungere, & vnà cum eis de ipſo hæreſis crimine cognoſcere, proceſſus formare, formatosque ſuo iudicio ſubmittere non erubeſcant.

Pontifex præcipit, vt nemo impediat Inquiſit. in negocio Inquiſitionis, nec ſe ingerat in cognoſcẽdo crimine hæreſis, niſi ab Inquiſitoribus requiſitus.

§. 1. Cui ſanè morbo iam nimis latè progredienti, ſolitam, ac ſalutarem Eccleſiæ medicinam, pro noſtra paſtorali ſollicitudine, afferre cupientes, ſæculi poteſtates, dominos tẽporales, ac prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum rectores ſupradictos, necnon quaſcumque alias ſeculares perſonas, tam priuatas, quàm publico quovis munere fungentes, requirimus, & monemus, ac eis, IESV CHRISTI Redemptoris noſtri (cuius vices, licèt immeriti, gerimus in terris) nomine, præcipimus, ne diœceſanos Epiſcopos, & Inquiſitores ipſos in ſuo Inquiſitionis negocio, vllo modo impediant, ſeu perturbent, neque in hæreſis crimine cognoſcendo, vel iudicando, quovis etiam aſſiſtentiæ, & fauoris colore, cauſa, vel occaſione (niſi quatenùs ab ipſis diœceſanis Epiſcopis, aut Inquiſitoribus, ſpontanea, & libera eorum voluntate fuerint requiſiti) ſe ingerant; ordinationes, prouiſiones, & leges quaſcumque, de ipſius criminis cognitione latas, ſacris Canonibus obſiſtentes, & Eccleſiaſticam iuriſdictionem impedientes ſine mora

ab-

abrogent, & deleant,prout etiam nos eas omnes inualidas fuisse,& esse decernimus,& declaramus,ac ex pro abrogatis,& deletis haberi volumus,& mādamus nūc.

§. 2. Qui monitis his nostris non obtemperauerint, quive scienter in prædictis consilium,auxilium, aut fauorem dederint, nouerint se , non solùm per sacras dictorum prędecessorum nostrorum constitutiones,verū etiam per hanc nostram sanctionem,siue sententiam,& declarationem perpetuò duraturam (quam,auctoritate Omnipotentis Dei , ac Beatorum Apostolorum Petri,& Pauli,ac nostra,in ipsos non obtemperantes,quacumque illi præfulgeant dignitate , his scriptis proferimus)communione fidelium, & omnium Ecclesiasticorum Sacramentorum perceptione priuatos, ac maledictionis,execrationisq; æternę vinculo ligatos ,anathematisq;, & maioris excommunicationis mucrone percussos,ita vt nemo vnquam in premissis delinquens,nisi à nobis , & successoribus nostris canonicè intrantibus , etiam prætextu quarumcumq; facultatum , concessionum,& gratiarum, etiam confessionalium nuncupatarum, etiam à nobis, & à dicta Sede hactenus emanatarum,vel in posterum emanandarum, specificam, & expressam,ac alias,quàm per verba generalia,de præsentibus nostris litteris mentionem non facientium , prætorquàm in mortis discrimine, absolui possit.

Inobedientibusq; et eorū fauorib. pœnas hic expressas imponit.

§. 3. Quibus etiam censuris ipsos diœcesanos Episcopos,& Inquisitores subiacere volumus, si laicos secum quomodocumque de ipso crimine cognoscere , aut iudicare permiserint.

Inquisitorib. etiā eāsuē pœnas infligit si laicos cognoscere de crimine hæresis permiserint.

§. 4. Vt autem præmissa omnia , ad eorum , quorum interest , notitiam deducantur , nullusque de eis ignorantiam iustè prætendere possit, volumus,& Apostolica auctoritate decernimus , quod pręsentes litteræ per aliquos Cursores nostros , aut Notarios publicos in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe , & Ecclesiæ Lateranen. ac Cancellariæ Apostolicæ

Iussio publicandi hanc bullam.

Val-

Valuis, necnon acie Campi Floræ, vt moris est, publicentur, earum exemplo in singulis valuis, & acie huiusmodi affixo, & dimisso: nulli ergo, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo, quingentesimo quinquagesimo primo, quintodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Lecta, & publicata fuit die Veneris sancti in Cappella Sanctitatis Suæ, dum Diuina celebrarentur Officia.

Anno Domini 1551, Indict. nona, die verò 24. mensis Martij Pontificatus S. D. N. Iulij Diuina prouidentia Papæ III, anno eius secundo, retroscriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis Principis Apostolorum de Vrbe, & S. Ioannis Lateranen. & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ, dimissis copijs per nos Petrum Gomez Freyle, & Franciscum Munos, S.D.N. Papæ Cursores.

Ita est Petrus Gomez Freyle Cursor manu propria.

Ita est Franciscus Munos Cursor manu propria.

Petrus Leogadie Magister Cursorum.

PII V. CONSTITVTIO LXXXII.

Contra offendentes statum, res, & personas Sanctissimi Officij Inquisitionis hæreticæ prauitatis, eorumque filios, necnon complices, & fautores.

Rel. vs sup. §. 2. fol. 37. Edita anno D. 1569.

PIVS EPISCOPVS.

Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Forma publicandi.

SI de protegendis cæteris omnibus Ecclesiæ ministris, quos in fidem, & clientelam nostra a Domino recepimus, cura nobis quotidiana insidet, quanto maiore studio eam nos solitudinem capessere necesse est, vt, qui in sacro Inquisitionis hæreticę prauitatis officio versantur, sub tutela inuiolatę authoritatis huius Sedis periculorum omnium expertes, quæque munera ad exaltationem fidei Catholicæ exequantur?

Causa huius constit.

§. 1. Cùm itaque eius generis impiorum vis quotidie magis inualescat, qui omnibus malis artibus prædictum officium subuertere, ministrosque functionib. disturbare moliuntur, eo iam nos detrusit necessitas, vt nefariam, & scelestam illorum audaciam acerbiore castigationis verbere reprimamus.

Offendẽtes, seu impediẽtes personas inquisitorũ &c.

§. 2. Hac igitur generali constitutione de Fratrum nostrorum consilio sancimus, vt quicumque siue priuatus, siue cuncta ciuitas, siue populus, siue Dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo Illustris, quemuis ex Inquisitoribus, Aduocatis, Procuratoribus, Notariis, aliisve ministris prędicti officii, vel Episcoporum id munus in sua diœcesi, aut prouincia obeuntium, seu accusatorem, denunciatorem, aut testem in causa fidei quomodocumque productum, vel euocatum

catum occiderit, verberauerit, deiecerit, seu perterrefcerit.

Bonaque diripientes. §. 3. Quive Ecclesias,ædes,aliasve res siue publicas, siue priuatas,officii, aut ministeriorum expugnauerit, inuaserit,incenderit,expilauerit,aut libros, litteras, auctoritates,exemplaria,regesta,protocolla, exempla, scripturas, aliave instrumenta siue publica, siue priuata,vbicumque posita combusserit, diripuerit,seu interuerterit,seu ex incendio, aut direptione, aut alio quocumque modo,illa exportauerit, seu qui in conflagratione,expugnatione,aut direptione,etiam inermis,siue capiendi,siue comburendi,siue supprimendi causa fuerit, siue res, aut personas seruari, defendive prohibuerit.

Et carceres frangentes, &c. pœnas hic descriptas incurrunt. §. 4. Quive carcerem, aut aliam custodiam seu publicam, seu priuatam effregerit,vinctum extraxerit, seu emiserit, capiendum prohibuerit, recaptumve eripuerit, occuluerit, seu facultatem effugiendi dederit, seu iusserit id fieri, qui cætum,concursumve fecerit,siue,vt aliquid prædictorum fieret, omnes accommodauerit, siue aliàs auxilium, consilium,aut fauorem,publicè,vel occultè, in quolibet prędictorum scienter præstiterit, licèt nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, successum, direptumve, nullum deniq; damnum re ipsa sit secutum: nihilominus is sit anathemate præsentis canonis auctoritate ligatus, idem quoque, læsę maiestatis reus, dominio, dignitate, honore, feudo, ac quocumque alio beneficio, temporali, & perpetuo, eo ipso priuatus,secularis iudicis arbitrio relinquatur,qui de eo illas ipsas pęnas exigat, quę damnatis primo capite dictæ legis per constitutiones legitimas irrogantur, bonis, rebusque omnibus fisci iuribus applicatis, vti etiam est de damnatis hæreticis per sanctiones canonicas constitutum eius filii paterna infamia subiecti,

cti, omnis, & cuiuscumque hæreditatis, & successionis, donationis, & legati, siue propinquorum, siue extraneorum omninò sint expertes, eisdem prętereà portæ nunquam pateant dignitatum.

§. 5. Nemo autem expurgationem habere, aut causam vllam proponere, vel prętendere possit, qui tantum nefas in contemptum, & odium huius officij admiserit, nisi contrarium per claras probationes docuerit se fecisse. Quod porrò de prędictis, eorumque filijs statuimus illud idem de omnibus Clericis, & Presbyteris secularibus, & quorumvis Ordinum etiam exemptorum Regularibus, & quacumque etiam Episcopali, & maiori dignitate prędítis, ac etiam priuilegio quomodocumque suffultis, decernimus exequendum, itavt ipsi beneficijs, & officijs omnibus Ecclesiasticis, pręsentium auctoritate priuati, per Iudicem Ecclesiasticum hereticorum more degradentur, demum potestati seculari traditi, pœnis prædictis laicorum instar subijciantur.

Delinquentes claras tantummodo probationes in cõtrarium adducere possunt.

§. 6. Pontificum tamen causis, nobis, & successoribus nostris reseruatis, vt de quęsita, & nobis renunciata, contra eos ad depositionem, & alias pœnas prędictas procedamus, vti criminis atrocitas videbitur postulari.

Episcoporũ causæ Romano Pont. reseruãtur

§. 7. Quicumque autem pro talibus veniam petere, aut alias intercedere tentauerint, in easdem illas pœnas, quę in hęreticorum fautores à sacris Constitutionibus inferuntur, ipso facto se nouerint incidisse.

Intercẽdẽtes pro præfatis delinquẽtib. hæresis pœnas incurrũt

§. 8. Verùm si quis etiam huiusmodi criminum conscius, vel affinis, siue Religionis studio, siue pœnitentia ductus, rem adhuc incognitam retexerit, supplicio liberetur.

Reuelãtes huiusmodi delicta, impunitatẽ consequuntur.

§. 9. Cœterùm eam omnium, & quarumcumque absolutionum rationem à prędictis criminibus, nec

non

Forma seruāda in absolu tionibus huiusmodi crimi num à Pont. con ceden.

non habilitationum, & restitutionum, etiam ad famam, & honores, ita deinceps habendam optamus, vt successores nostri nullas, nisi saltem semestri post cuiusque assumptionem ad huius dignitatis fastigium excursо, ac precibus apud supremum officium Inquisitionis, hic institutum verificatis, concedant. Decernentes omnes, & quascumque huiusmodi absolutiones, habilitationes, & restitutiones, quæ, precibus sic non verificatis, de cętero fient, nemini prorsùs prodesse, sed nec præsentibus, nisi toto ipsarum tenore, ad verbum inserto, & gratia, ex certa Romani Pontificis scientia, facta, & propria manu subsignata, vlla in parte derogari, nec derogatum censeri debere, & si illis ex quacumque causa aliter derogari contigerit, derogationes huiusmodi nullius prorsus fore roboris, & momenti.

Deputatio execu torum.

§. 10. Iubemus igitur vniuersos, & singulos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & cęteros Ecclesiarum Prælatos, per vniuersum Orbem constitutos, vt per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, aut earum exempla in suis quisq; prouincijs, ciuitatibus, diœcesibus, & locis solemniter publicari, & quantum in se est, firmiter obseruari procurent, contradictores quoscumque, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita compescendo, ipsasque censuras, & pœnas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sęcularis.

Derogatio cōtrariorum.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptorum.

§. 12. Volumus autem, vt præsentium exempla etiam impressa edantur, eaque Notarii publici manu, & cuiuscumque curiæ Ecclesiasticæ, vel Prælati sigillo obsignata, eamdem illam prorsùs fidem vbique locorum

rum faciant, quam ipſę pręſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. 13. Cæterum omnes orbis terrarum Principes, quibus gladii ſęcularis poteſtas ad malorum vindictam eſt permiſſa, per eam, quam ſe tueri promiſerunt fidem, obteſtamus, ita ſuas quiſque partes ſiue in præſtando miniſtris prędictis auxilio, ſiue in criminum poſt Eccleſiæ ſententiam animaduerſione, interponere, vt eorum quoque pręſidiis miniſtri ipſi tanti officij munus pro Dei æterni gloria, & Religionis incremento feliciter exequantur, ampliſſimum à Domino pręmium recepturi, quod fidei prędictæ aſſertoribus in æternæ beatitudinis conſortio prępárauit. *Obteſtatio in Principes.*

§. 14. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrę ſanctionis, legationis, ſtatuti, decreti, iuſſionis, obteſtationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI, ac Beatorum, &c. *Sanctio pœnalis.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo nono, Calend. Aprilis, Pontificat. noſtri anno quarto. *Dat. P. An. 4. 1. April.*

Ego Pius V. Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

F. Cardinalis Piſanus Epiſcopus Hoſtien. *PP. Subſcr.*
Io. Card. Moronus Epiſcopus Portuen.
Chriſtophorus Madrucius Epiſcopus Præneſtin.
Otho Card. Truchſes Epiſcopus Albanen.
A. Card. Farneſius Vicecanc. Epiſcopus Tuſculan.
Io: Bapt. Cicada Epiſcopus Sab. Card. S. Clem.

Ego

Ego Ph. Card. à Burdisera.
Ego Antonius Card. Granuelanus.
Ego Franciscus Card. Pacecus.
Ego Hieronym. Card. de Corrigio.
Ego Io: Franciscus Card. de Gambara.
Ego Nicolaus Card. de Sermoneta.
Ego Ind. de Aualos Card. Aragona.
Ego M. Antonius Card. Columna.
Ego Ptolemeus Card. Comensis.
Ego P. Card. de Sancta Cruce.
Ego Z. Card. Delphinus.
Ego Hu. Card S. Sixti.
Ego Iulius Card. Vrbinus.
Ego Fuluius Card. Perusin.
Ego Io. Riccius Card. Politianus.
Ego Scipio Cardinalis Pisarum.
Ego Iacobus Card. Sabellus.
Ego Aloysius Card. Cornelius.
Ego Alexander Card. Cribellus.
Ego Guido Card. Vercellus.
Ego Guilelmus Card. Sirlenus.
Ego F. Michael B. Card. Alex. Camer.
Ego Hieronymus Card. de Claraualle.
Ego Ludouicus Card. Madrutius.
Ego Innocentius Card. de Monte.
Ego Hieronymus Card. Simoncellus.
Ego Ferd. Card. de Medicis.
F. Cardinalis Alciatus.
Io: Paulus Cardinalis ab Ecclesia.
A. Cardinalis Carrafa.

Anno à Natiuitate Domini 1569. Indictione 12. die verò 2. mensis Maij, Pontificatus SS. in Christo Patris, & D. N. D. Pij Diuina prouidentia Papæ V. anno 4. retroscriptæ litteræ Apostolicæ lectæ, affixæ, & publicatæ fue-

fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, dimissis in locis præfatis præsentibus litteris per aliquantulum temporis spatium affixis, & deindè amotis per nos Iulium Parinum, & Ioannem Bornotum prælibati SS. Domini Nostri Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

PII IV. CONSTITVTIO XXXI.

Rel. vt sup. §. 3. fol. 37.

Inquisitorum hæreticæ prauitatis facultas procedendi contra Sacerdotes, qui mulieres pœnitentes in actu confessionis, ad actus inhonestos prouocare, & allicere tentant.

PIVS PAPA IV.

Edita anno D. 1561.

Ven. Fratri Archiepiscopo Hispalensi in Regnis Hispaniarum hæreticæ prauitatis Inquisitori Generali.

CVm, sicut nuper, non sine animi nostri molestia, accepimus, diuersi Sacerdotes in Regnis Hispaniarum, atque etiam in eorum Ciuitatibus, & Diœcesibus curam animarum habentes, siue eam pro alijs exercentes, aut alias audiendis confessionibus pœnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentię in actu audiendi confessiones abutantur, nec illi, & qui id instituit Domino Deo, & Saluatori nostro IESV CHRISTO iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones, alliciendo, & prouocando, seu illicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum

Quidam Sacerdotes abutẽdo Sacramẽto Pœnitentiæ, mulieres in actu confessionis ad actus inhonestos prouocãt

per Sacramentum huiusmodi Creatori nostro reconciliationis, grauiori peccatorum mole eas onerando, ex in omnibus diaboli tradendo in Diuinæ Maiestatis offensam animarum perniciem, & Christi fidelium scandalum non modicum.

Contra quos iste Pont. ab Inquisitoribus hæretica prauitatis inquiri decernit. Locus restitutus.

§. 1. Nos in animum inducere nequeuntes, quòd qui de fide Catholica rectè sentiunt, Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per pręsentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, seu alios à te deputandum, seu deputandos contra omnes, & singulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum ciuitatum, & Diœcesum de pręmissis quomodolibet diffamatos, tàm seculares, quàm quorumvis, etiam exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum Regulares, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, tàm super præmissis, quàm super Fide Catholica, & quid de ea sentiant, diligenter inquiras, & iuxtà facultatum tibi contra hæreticos, aut de hęresi quovis modo suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos, iuxtà excessum suarum qualitatum, prout iuris fuerit, punias, eos etiamsi, & provt iuris fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, secularis Iudicis arbitrio puniendos tradendo.

Contrarijs derogat.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, necnon Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, &

for.

formis, ac cum quibusvis claufulis, & decretis, etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet conceffis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus eorum tenores prꝑfentibus pro expenfis habentes, hac vice dumtaxat fpecialiter, & exprefsè derogamus, cœterisque contrariis quibufcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, fub annulo Pifcatoris, die decimafexta Aprilis, millefimo quingentefimo fexagefimo primo, Pontificat. noftri anno fecundo.

GREGORII XV. CONSTITVTIO XXXIV.

Relig. vt fup. §. 4. fol. 37.

Confirmatio, & ampliatio Conftitutionis Pij Quarti editæ contra Sacerdotes in confeffionibus Sacramentalibus Pœnitentes ad turpia folicitantes.

GREGORIVS PAPA XV.

Edita anno D. 1622.

Ad perpetuam rei memoriam.

VNiuerfi Dominici gregis curam, quamquam immeriti, cęlefti difpofitione gerentes, fedulò inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagijs conferuetur immunis, multòque maiori ftudio prouidere, vt omnis peftis ab ijs auertatur, quibus alios fanandi officium eft commiffum, ne, quod Euangelica fcripta Nos admonent, fale infatuato non fit in quo faliatur, & ad nihilum profit vltra, nifi vt mittatur foràs, & conculcetur ab hominibus. *Proœm.*

Pont. contra folicitantes ad turpia pœnitentes, leges ediderūt.

§. 1. Quoniam autem à Romanis Pontificib. prędeceſſoribus noſtris quibuſdam in locis prouiſum fuit, vt impium, ac nefandum fcelus, quod non folum in-

ter Christi fideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet, vt aliquis Sacerdos ad sacras audiendas confessiones deputatus, sacrosancto Pœnitentiæ Sacramento, sollicitando pœnitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, & ex cœlesti medico infernalis venificus, ex patre spirituali proditor execrabilis animarum reddatur: idcirco Nos, ea, quę his perniciosissimis diaboli insidijs arcendis certis locis salubriter constituta sunt, vt nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur, prouidendum duximus.

Pius 4. suam desuper edidit const. quæ est sup. p. 47. Hic Pōt. illā præcipit inuiolabiliter obseruari.

§. 2. Aliàs siquidem à fel. rec. Pio Papa IV. prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris, subsequentis, videlicet, *Pius Papa IV. Venerabili Fratri Archiepiscopo Hispalen. in Regnis Hispaniarum hæreticæ prauitatis Inquisitori generali*. *Cum sicut nuper*. Residuum habetur sup. fol. 47.

§. 3. Igitur vt litteræ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbiq; locorum inuiolabiliter obseruentur, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio Venerabilium fratrum nostrorum S.R. Ecclesiæ Cardinalium contra hęreticam prauitatem generalium Inquisitorum pręinsertas litteras huiusmodi, ac omnia singula in eis contenta, Apostolica auctoritate, tenore pręsentium approbamus & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, illasque non solum in prædictis Hispaniarum Regnis, sed in quibuscunque christiani orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obseruari præcipimus, & mandamus.

Imò plenius contra huiusmodi solicitantes in cōfessionib. & earū occasione disponit.

§. 4. Ac pręterea ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eosdem procedendi ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes tam sæculares, quam quorumuis, etiam quo-

quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum, institutorum, Societatum, & Congregationum regulares cuiuscunque dignitatis, & præminentiæ, aut quiuis priuilegio muniti, existant, qui personas, quæcunque ille sint, ad inhonesta, siue inter se, siue cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis confessionis, siue antea, vel post immediatè, seu occasione, vel prætextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa confessione non consecuta, siue extra occasionem confessionis, in confessionario, aut in loco quocunque, vbi confessiones Sacramentales audiantur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, solicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint, in officio Sanctæ Inquisitionis seuerissimè, vt infra, puniantur. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuersi orbis Christiani in suis quemque Diœcesibus, & Territorijs per has nostras litteras, etiam priuatiuè quoad omnes alios, specialiter, ac perpetuò Iudices delegamus, vt super his, contra prædictos, simul, vel separatum in omnibus, prout in causis fidei, iuxta Sacrorum Canonum formam, necnon officij Inquisitionis huiusmodi constitutiones, priuilegia, consuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant; & quos in aliquo ex huiusmodi nefariis excessib. culpabiles repererint; in eos pro criminum qualitate, & circumstantijs, suspensionis ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuæ, & passiuæ, si regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum absque vlla spe gratiæ, aliasquè pœnas

decernant, eos quoque, si pro delicti enormitate gra-uiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ sęculari puniendos tradant.

Cardinalibus Inquisitoribus generalib. arbitrium circa probationes, & pœnas cōcedit.

§. 5. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesiæ Dei tam perniciosum remaneat, ob probationum defectum, impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indiciis, & aliis adminiculis, delictum probatum esse, arbitrio suo, iudicandi, & Curiæ sęculari, vt pręfertur, reum tradendum esse, pronunciandi.

Obstātia tollūtur.

§. 6. Non obstantibus omnibus, quę dictus prædecessor in suis litteris prędictis voluit non obstare, cœterisque contrariis quibuscunque.

Confessores scientes ab aliјs pænitentes fuisse solicitatos mōneant eos, vt Inquisitoribus, vel Ordin. denūciēt

§. 7. Mandantes omnibus confessariis, vt suos pœnitentes, quos nouerint fuisse ab aliis, vt supra solicitatos, moneant de obligatione denunciandi solicitantes, seu vt præfertur, tractantes Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædictis: quod si hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum confessarios solicitantes, seu tractantes, vt supra; ijdem locorum Ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpę punire non negligant.

Trāsumptis credendum.

§. 8. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensę.

Publicatio in Vrbe omnes afficit.

§. 9. Quodque eædem præsentes literæ, seu illarum exempla ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixę, omnes ita arctent, & afficiant

ac

ac si vnique personaliter intimatæ fuissent.

Datum Romæ apud S.Petrum, sub annulo Piscatoris, die 30. Augusti 1622. Pontif.nostri anno 2. *Dat.P. A. 2. die 30. Augusti.*

Anno a Natiuitate D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indictione quinta, die verò prima mensis Septembris, Pontificatus SS. in Christo Patris, & D.N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. Anno eius Secundo; retroscripta Constitutio, siue literæ Apostolicæ affixæ fuerunt ad valuas Sancti Ioannis Lateran. & Principis Apostolorum Basilicarum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octauius Spada Magister Cursorum.

GREGORII XIII. CONSTITVTIO XXI.

Iurisdictio Inquisitorum hæreticæ prauitatis, in eos, qui ad ordinem presbyteratus minimè promoti, Missas celebrant, & Pœnitentiæ Sacramentum ministrant. *Rel. vt sup. §.4. fol 38. Edita anno D. 1574.*

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Officij nostri partes sedulò præstare tenemur, vt dubia, quæ variis doctorum opinionibus, hinc inde diuersa sentientibus, agitantur, ad iurisdictionem Sanctissimi Officii Inquisitionis hæreticæ prauitatis pertinent, nostræ declarationis oraculo (prout ratio ipsa suadere videtur) diluc identur, vt nulla cuiquam dubitandi occasio in posterum relinquatur. *Exordiũ*

Dubium an qui non sunt in ordin. presbyteratus, & Missas celebrãt, &c. possint ab inquisit. hæreticæ prauitatis pun.

§. 1. Ad aures nostras si quidem nuper peruenit, multos esse, qui dubitent, an contra eos, qui in sacro presbyteratus ordine non constituti, Missas celebrare, confessiones audire, ac absolutionem impartiri ausi fuerint, per officium Sanctissimæ Inquisitionis hæreticæ prauitatis in Hispaniarum Regnis institutum, & illius Inquisitores procedendum, vel etiam animaduertendum sit, ac hi, qui talia patrauerint, per Inquisitores prædictos puniri debeant. Nam etsi multorum sententia affirmetur, prędictum delictum ab Inquisitoribus plectendum esse, hisce pręsertim temporibus, quibus hæretici temerè audent proferre, etiam sæculares eorum sacramentorum ministros esse posse, non desunt tamen hi, qui contrarię adhærent opinioni, vnde plerumque per eorundem Regnorum Inquisitores diuersa feruntur in huiusmodi causis suffragia.

Declaratio quod possint.

§. 2. Nos itaque, vt omnibus difficultas dubitatioq; tollatur, animaduertentes, eos, qui presbyteratus ordine non sunt insigniti, & se in administrandis dictis Sacramentis ingerunt, facto catholicam veritatem impugnare, quæ solos presbyteros ministros eorundum sacramentorum constituendo, illis dumtaxat quibus eadem munera congruere existimauit, committi voluit, eorum qui in presbyteratus ordine non constituti Missas celebrant, ac confessiones audiunt, vt præfertur, cognitionem, & punitionem, etiam ad Inquisitionis officium, & Inquisitores ante dictos pertinere, & quod huiusmodi delicti ratione, aduersus eos inquirere, procedere, ac culpabiles repertos punire, officium, & Inquisitores prædicti valeant, Apostolica auctoritate, præsentium tenore, perpetuò declaramus, & definimus.

Et ita, et nõ aliter iudicetur.

§. 3. Et ita ab omnibus, & singulis Ordinariis, & delegatis Iudicibus, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & de-

definiri debere, irritum quoque, & inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon iuribus municipalibus, legibus regnorum prædictorum, pragmaticisque, sanctionibus, ac statutis, & consuetudinibus Ciuitatum, & locorum quorumcumque dictorum Regnorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis forsan per nos, ac quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, sub quibusvis verborum formis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, seu de Apostolicæ potestatis plenitudine, vel ad supplicationem Regum, Ducum, & aliorum Principum concessis, & confirmatis, quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrarijs quibuscumque. *Quibuscumq; non obstant.*

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die sexto Augusti, millesimo quincentesimo septuagesimo quarto Anno à Natiuitate Domini, Pontificatus autem nostri anno tertio. *D.P. An. 3. 6. Aug.*

Rel. vt sup. fol. 38.

CLEMENTIS VIII. CONSTITVTIO LXXXI.

Edita anno D. 1601.

Quòd Inquisitores hæreticæ prauitatis, & locorum Ordinarij, eos, qui ad Presbyteratus ordinem non promoti, Missas celebrant, vel Sacramentum Pœnitentiæ ministrant, præuia degradatione, Curiæ sæculari debitis ab ea plectendis pœnis tradant.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Paul. 4. decreuit, ab Inquisitoribus tradêdos esse Cur. sæculari auctoritatem sacerdotis vsurpantes.

ET si aliàs fel. recor. Paulus Papa IV. prędecessor noster, ad nefariam, & sacrilegam quorumdam hominum temeritatem coercendam, qui cùm ad sacrum Presbyteratus Ordinem minimè promoti sint, Sacerdotis tamen auctoritatem sibi temerè assumentes, Missarum celebrationem vsurpare, & Sacramentum Pœnitentiæ ministrare præsumunt, decreuerit huiusmodi delinquentes a Sanctæ Inquisitionis Iudicibus tradi debere Curię seculari debita animaduersione puniendos.

Sixt. V. idem innouauit.

§. 1. Et posteà felic. record. Sixtus Papa V. etiam prędecessor noster prędictum Pauli Quarti decretum innouari, ac seriò obseruari mandauerit; eò tamen dictorum hominum prorupit audacia, vt prætextu ignorationis huiusmodi decretorum, ac pœnarum contra ipsos, vt præfertur, inflictarum, illis se minimè subiacere, & obnoxios esse putent, ac propterea se ab eisdem liberari, & absolui posse prætendant.

Hic modò Pont. eorũ criminis grauitate pensata.

§. 2. Nos igitur animaduertentes, huiusmodi perditos, & nefarios homines ad sacrum Presbyteratus Ordinem non promotos, Missarum celebrationem vsur-

vſurpare præſumentes, non ſolùm actus idolatriæ, ſaltem extrinſecè, ſeu per externa, & viſibilia Religionis, & pietatis ſigna exercere, ſed etiam quantum in ipſis eſt, efficere, vt Chriſti fideles, qui credunt eos ordinatos eſſe, & ritè conficere Sacramentum Euchariſtiæ, idololatriæ crimen ignoranter incurrant, purum, videlicet, Panem, & Vinum, tamquam verum Chriſti Domini noſtri Corpus, & ſanguinem, eiſdem adorandum proponentes. Confeſſiones autem audientes, non ſolùm Sacramenti Pœnitentiæ dignitatem contemnere, verùm etiam Chriſti fideles decipere, dum ſcilicet iniquè ſibi aſſumunt gradum ſacerdotalem, & auctoritatem abſoluendi a peccatis, magno cum periculo, & ſcandalo plurimorum.

§. 3. Propterea, vt grauiſſima hęc ſcelera committentes, poſthac debito ſupplicio puniantur, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, S. Inquiſitionis iudicum conſcientię conſulere, & ne, in futurum, de pœna, hiſce delinquentibus imponenda dubitari poſſit, prouidere volentes, ſupradictorum prędeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, hac perpetuò valitura conſtitutione decernimus, atque ſtatuimus, vt quicumque non promotus ad ſacrum Presbyteratus Ordinem, repertus fuerit Miſſarum celebrationem vſurpaſſe, vel Sacramentalem confeſſionem audiuiſſe, à Iudicibus S. Inquiſitionis, vel locorum Ordinarijs, tamquam Eccleſiæ miſericordia indignus, à foro Eccleſiaſtico abijciatur, & ab ordinibus Eccleſiaſticis, ſi quos habuerit, ritè degradatus, ſtatim Curię ſeculari tradatur, per Iudices ſeculares debitis pœnis plectendus. *Eoſdẽ ab Inquiſit., vel Ordinarijs, degradatus, curiæ ſæculari debitis pœnis plectendos tradi decernit.*

§. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam Generalibus editis, etiam in corpore iuris clauſis. Quibus *Cõtraria tollit.*

om-

omnibus, & singulis, illarum tenores pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, specialiter, & expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque.

Hanc cõstit. publicari præcipit. §. 5. Vt autem huiusmodi constitutionis ignorantia de cætero allegari, aut prætendi numquam possit, atque præsentes litteræ omnibus innotescant, volumus illas ad valuas S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, & in acie Campi Floræ, more solito, publicari, & affigi, atque, iis indè amotis, earumdem exempla, etiam impressa ibi affixa relinqui, factaque huiusmodi publicatione, omnes, qui in Vrbe, post mensem, qui verò extra eam, & citra montes, post quatuor menses, qui demum vltra montes fuerint post decem menses, à die publicationis præsentium computandos, afficere, & arctare, ac si eorum cuilibet personaliter intimatę fuissent.

Transũptis illius credi mandat. §. 6. Ac præterea mandamus, earumdem præsentium litterarum exemplis, etiam impressis, & manu Notarii publici subscriptis, & sigillo Officij S.Rom. Inquisitionis, vel alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eamdem prorsus fidem haberi, quæ hisce præsentib. haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S.Petrum, sub annulo Piscatoris, die 1.Decembris 1601. Pontif. nostri anno 10.

Anno à Natiu. Domini 1601. Indictione 14. die verò 5. mensis Decemb. Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D.Clement. Diuina prouidentia Papæ VIII. Anno eius X. supradicta constitutio fuit affixa ad valuas Sancti Ioannis Laterane. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Hieronymum Lutium S.D.N. Papæ Curs.

VR.

VRBANI VIII. CONSTITVTIO LXXIX.

Rel. vt sup. §. 4. fol. 38.

Ampliatio Constitutionis à Clemente VIII. contra non promotos ad sacrum Presbyteratus Ordinem, sacramentales confessiones audientes, aut Missam celebrantes, Curiæ sæculari præuia degradatione tradendos editæ, ad omnes etiam minores vigintiquinque annis, dummodò vigesimum ætatis annum compleuerint.

VRBANVS PAPA VIII.

Edita anno D. 1627.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordiũ

APostolatus officium, cui, meritis licèt imparibus, disponente Deo, pręsidemus, à nobis postulat, vt quantum nobis ex alto conceditur, delinquendi fiduciam compescamus, in iis præsertim, quorum eo sacrilega processit audacia, vt se, beneficio minoris ætatis, spretis Apostolicis constitutionibus, confoueant in delictis, quorum statutis pœnis se idcircò iactant minimè subiacere.

Clem. 8. edidit const. 81. sup p. 53.

§. 1. Aliàs siquidem à fel. record. Clem. Papa VIII. prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis, videlicet: *Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Et si aliàs felicis recordationis Paulus Papa IV.* residuum habetur sup. fol. 53.

Nõnulli ob minorẽ ætatẽ pœnas in d. constit. inflictas paruipendunt.

§. 2. Cùm itaque, sicut accepimus, nonnulli, priuilegio minoris ætatis nimis temerè confisi, & legum indulgentia freti, pœnas à dicti Clementis prædecessoris constitutione in huiusmodi delinquentes statutas paruipendere pręsumant.

§. 3. Nos detestantes, & quantum in nobis est, cohibere volentes impiam, & nefariam horum teme-

Quāre Pont declarat ætate 25 an. nō excusari, dūmodò 20. ann. compleuerint.

ritatem, qui atrocissimo hoc scelere Catholicam veritatem, quę solos Presbyteros dictorum Sacramentorum ministros esse docuit, facto impugnant, negocio huiusmodi, in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum, Sanctę Romanæ Ecclesię Cardinalium, generalium Inquisitorum coram Nobis habita, maturè discusso, inhęrentes constitutioni prędictæ, aliisque decretis per fel. record. Paulum IV. & Sixtum V. Romanos Pontifices prædecessores nostros, contra similia perpetrantes, editis, eaque etiam ad effectum prædictum matura deliberatione, deque Apostolicę potestatis plenitudine ampliantes, & extendentes, hac nostra perpetuò valitura Constitutione statuimus, & decernimus, vt de cœtero, perpetuis futuris temporibus, qui in posterum, ad sacrum Presbyteratus Ordinem non promotus, Missam celebrare, aut sacramentalem confessionem audire præsumpserit, ætate minor annis vigintiquinque non excusetur, quominus eidem Clementis constitutioni subijciatur, dummodo vigesimum suę ętatis annum compleuerit.

Sicq; delinquētes Regular. aut seculares curia seculari plectendos tradi mandat.

§. 4. Ipseque non promotus sic delinquens, nulla habita consideratione prętatę minoris ætatis, siue Laicus, siue Clericus secularis, aut cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam de necessitate exprimendę, Regularis, aut cuiusuis alterius instituti, etiam quantumuis exempti, & priuilegiati, Nobisq; & Apostolicę Sedi immediatè subiecti, necnon militiarum quarumcumque, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani fuerit, tradatur Curię sęculari pœnis debitis plectendus.

Ita iudicari decernit.

§. 5. Sicque, & non aliter per quoscumque S. Inquisitionis Iudices, & Inquisitores, etiam Generales Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinales, & locorum Ordinarios, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, Iudicari,

cari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quo circa omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, in virtute S. Obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus statutum, decretum, & constitutionem hanc nostram inuiolabiliter obseruent, & obseruari faciant.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Concilijs, etiam generalibus editis, etiam in corpore iuris clausis, necnon Legibus, Statutis, Decretis, Consuetudinibus, & Priuilegiis, ad fauorem minorum vigintiquinque annis, quomodolibet, & vbicunque locorum, editis, ac aliàs in ipsorum fauorem facientibus, Apostolica etiam confirmatione, ac iuramento, & seu quauis firmitate alia roboratis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores prçsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, specialiter, & expresè derogamus, cœterisque contrarijs quibuscunque. *Contrarijs derogat.*

§. 7. Volumus autem harum litterarum publicationem, & affixionem fieri iuxta formam in prædicta Clementis constitutione præscriptam, easque publicatas, & affixas omnes intra Vrbem, & extra, tàm citra, quàm vltra montes, & mare, post tempus in ipsa Clementis constitutione præfixum, arctare, & afficere, ac si cuilibet personaliter intimatç fuissent. *Hãc cõst. iuxta formam Clem. 8. publicari præcipit.*

§. 8. Mandamus pariter, vt earundem transumptis etiam impressis, manuque Notarij publici subscriptis, & sigili Officii Sanctç Romanæ Inquisitionis, vel alicuius personç in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem, quæ præsentibus hisce adhiberetur fides, adhibeatur. *Transũptis fidẽ iubet adhiberi.*

Datum Romç apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 23. Martii 1628. Pontificatus nostri anno V.

An-

Anno a Natiuitate D.N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo octauo, Indictione vndecima, die verò decima Septembris, Pontificatus in Christo Patris, & D.N. D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius sexto, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateran. & Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, dimissis præsentibus litteris, per aliquantulum temporis spatium, (vt moris est) affixis, deindè amotis, postea earumdem exempla etiam impressa, & affixa relicta fuerunt per nos Franciscum Pignoccatum, & Camillum Fundatum S.D.N. Papæ Cursores.

Brandimartes Latinus Sanctissimi D.N. Papæ Cursor, pro Mag. DD. Cursorum.

Relig. vt sup. §. 5. fol. 38.

SIXTI V. CONSTITVTIO XVII.

Contra exercentes artem Astrologiæ Iudiciariæ, & alia quæcumque diuinationum genera, librosque legentes, vel tenentes.

Edita anno D. 1585.

SIXTVS EPISCOPVS.

Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Multa mala proueniunt ex arte Astrologiæ iudiciariæ, Magicæ, Necromantiæ, & similium.

COEli, & terræ Creator Deus, quem vnum Omnipotentem corde credimus ad iustitiam, & ore confitemur ad salutem, etsi homini, quem ad imaginem, & similitudinem suam creauit, mentem dederit, quæ non solùm Diuino fidei lumine illustrata, mysteria illa cognosceret, quæ humanam intelligentiam superant; sed etiam naturæ suæ vi, magno licèt cum labo-

re,

re, præclara multa inueſtigaret, atque intelligeret, tamen vt ſuperbum animal homo non altum ſaperet, ſed timeret, & immenſam conditoris ſui maieſtatem humi ſtratus veneraretur; ſibi ſoli eorum, quæ euentura ſunt, ſcientiam, & futurarum rerum cognitionem reſeruauit. Solus enim ipſe, cuius oculis omnia nuda, & aperta ſunt, & ad intimas hominum cogitationes penetrat, & conſequentes eorum actiones intuetur, ſolus ipſe, qui vocat ea, quę non ſunt, tamquam ea, quæ ſunt, omnia præſentia, & ante oculos poſita habet, ſolus denique omnia, & ſingula, quęcumq; totius temporis decurſu, & ſæculorum ætatibus futura ſunt, ab omni æternitate nouit, & admirabili prouidentia diſpoſuit, quæ non modò humanæ mentis imbecillitas ignorat, ſed nec dæmones ipſi præſentire poſſunt.

Quare idolorum in futuris annunciandis falſitatem, & imbecillitatem, & eorum, qui eis cultum adhibebant, vanitatem irridet Spiritus ſanctus apud Iſaiam illis verbis: *Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dij eſtis vos*; & in nouo teſtamento CHRISTVS Dominus diſcipulorum ſuorum, de futuris euentibus paulò cupidius inquirentium, interrogationem graui illa reſponſione retudit, qua etiam omnium fidelium ſuorum curioſitatem coercuit. *Non eſt veſtrum ſcire tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* Nec verò ad futuros euentus, & fortuitos caſus pręnoſcendos (futuris euentibus ex naturalibus cauſis neceſſariò, vel frequenter prouenientibus, quæ ad diuinationem non pertinent, dumtaxat exceptis) vllæ ſunt veræ artes, aut diſciplinæ, ſed fallaces, & vanæ, improborum hominum aſtutia, & dæmonum fraudib. introductæ, ex quorum operatione, conſilio, vel auxilio omnis diuinatio dimanat, ſiue quòd expreſsè, ad futura manifeſtanda inuocentur, ſiue quòd ipſi prauitate ſua, & odio in genus humanum, occultè, etiam præter

F ho-

hominis intentionem se ingerant, & intrudant vanis inquisitionibus futurorum, vt mentes hominum perniciosis vanitatibus, & fallaci contingentium prænunciatione implicentur, & omni impietatis genere deprauentur. Quæ quidem ipsis cognita sunt, non diuinitate aliqua, nec verâ futurarum rerum scientiâ, sed naturæ subtilioris acumine, & aliis quibusdam modis, quos hominum obtusior intelligentia ignorat. Quamobrem dubitandum non est, in huiusmodi futurorum, contingentium, & fortuitorum euentuum inquisitione, & præcognitione, diaboli operationem se fallaciter immiscere, vt sua fraude, ac dolis, miseros homines à via salutis auertat, & laqueo damnationis inuoluat. Quæ cùm ita sint, nonnulli, hęc fideliter, & religiosè, vt debent, non attendentes, sed curiosa sectantes, grauiter Deum offendunt, errantes ipsi, & alios in errorem mittentes; tales in primis sunt Astrologi olim Mathematici, Genethliaci, & Planetarii vocati, qui vanam, falsamque syderum, & astrorum scientiam profitentes, diuinęque dispositionis ordinationem, suo tempore releuandam pręuenire audacissimè satagentes, hominum natiuitates, seu genituras, ex motu syderum, & astrorum cursu metiuntur, ac iudicant futura, siue etiam præsentia, & præterita occulta, atque ex puerorum ortu, & natali die, siue quauis alia temporum, & momentorum; vanissima obseruatione, & notatione, de vnuiuscuiusque hominis statu, conditione, vitæ cursu, honoribus, diuitijs, sobole, salute, morte, itineribus, certaminibus, inimicitiis, carceribus, cædibus, variis discriminibus, aliisque prosperis, & aduersis casibus, & euentibus pręcognoscere, iudicare, & affirmare temerè pręsumunt, non sine magno periculo erroris, & infidelitatis; cum Sanctus Augustinus præcipuum Ecclesiæ lumen, eum, qui hæc obseruat, qui attendit, qui credit, qui in domum recipit, qui inter-

terrogat, christianam fidem, & Baptismum præuaricasse affirmet, vt illos meritò Apostolus arguat, atque increpet illis verbis: Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos, timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis. *Epist. ad Gal. c. 4.*

Hi igitur leuissimi, & temerarii homines in miserandam animarum suarum ruinam, graue fidelium scandalum, & christianę fidei detrimentum, futuros rerum euentus, & quæcunque prosperè, vel aduersè obuentura sunt, ac actus humanos, ea denique, quæ ex libera hominum voluntate proficiscuntur, astris, syderibusq; ascribunt, eisque eam facultatem, vim, seu virtutem, & efficaciam tribuunt significandi futura, & ad præcognita, ita inclinandi, vt sic omninò, nec aliter euentura sint, atque ob eam causam de iis rebus omnib. iudicia facere, prognostica, prædictiones, & præcognitiones sibi assumere, & palam vendicare non dubitant; quibus pauci rudes, & imperiti, aliique nimis creduli, & imprudentes tantam fidem pręstant, vt ex huiusmodi iudiciorum, & prædictionum præscripto, aliquid certò esse credant, aut sperent, quorum sanè & mendacium magistrorum temeritas, & infælicium discipulorum credulitas magnopere deploranda est, qui, vel diuinis litteris admoniti non intelligunt hominis præstantiam, cui Cœli, & Stellæ, & clarissima Cœli sydera, Sol, & Luna, Deo ita disponente, non imperant, sed inseruiunt, sic enim Moyses populum Dei, vt hunc errorem caueret, pręmonebat. Ne forte eleuatis oculis ad Cœlum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra Cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub Cœlo sunt. Sed quid sydera mirandum est homini seruire? nonnè nobilissimæ intelligentię, Angeli ipsi, omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem ca- *Deut. ca. 4.*

piunt salutis? nam rationales oues ita diligit Deus, vt non solum Episcopos, quemadmodum à S. Ambrosio scriptum est, ad tuendum gregem ordinauerit, sed etiam Angelos destinauerit. Preclarè etiam Sanctus Hieronymus: Magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum. Quod si Angeli homines custodiunt, quid aduersus Angelorum custodiam, & tutelam astra moliri, aut efficere poterunt, quæ cum ipsis Angelis nullo modo sint comparanda? Nec sanè hoc loco pretereunda est eximij Ecclesiæ Doctoris, & Beatiss. Pontificis Magni Gregorii sententia, qui Priscillianistas hereticos, vnumquemque hominem sub constitutionibus Stellarum nasci putantes, magno rerum, & verborum pondere confutat. Absit, inquit, à fidelium cordibus, vt aliquid esse Fatum dicant, vitam quippè hominum solus, hanc conditor qui creauit, administrat; neque enim propter stellas homo, sed stellæ propter homines factę sunt, etsi stella Fatum hominis esse dicitur, ipsis suis ministeriis subesse homo perhibetur. Vtinam insani homines hęc saperent, & intelligerent, ac Dei monitis obtemperarent, in Leuitico dicentis. *Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos.* Neque enim quę Christiana, & vera pietas repellit, ac damnat, tanto studio inuestigarent, ijsdemque miserè se decipi, atq; irretiri paterentur. Sunt etiam inanes quidam homines, & curiosi, vel impii, & irreligiosi, qui futurarum, & occultarum aliarum rerum notitiam adeo anxiè habere student, vt ob eadem prenoscenda, & inuestiganda in diuinæ legis offensionem multipliciter incurrant. Alij enim Geomantiæ, Hydromantiæ, Acromantiæ, Pyromantiæ, Onomantię, Chiromantiæ, Necromantię, aliisque sortilegiis, & superstitionibus, non sine Dœmonum saltem occulta societate, aut tacita

Lib. 3. Com. in cap. 18. Matth.

pa-

pactione, operam dare, seu illis, ac sortibus illicitis, taxillorum, granorum triticeorum, vel fabarum iactu, vti non verentur. Alij verò aliquas pristinæ, & antiquatæ, ac per Crucis victoriam prostratę Idolatriæ reliquias retinentes, quibusdam augurijs, auspicijs, similibusve signis, & vanis obseruationibus ad futurorum diuinationem intendunt. Alij autem sunt, qui cum Morte fędus ineunt, & pactum faciunt cum inferno; qui similiter ad occultorum diuinationem, ad inueniendos thesauros, vel ad alia facinora perpetranda, etiam expressa cum Diabolo pactione facta, in manifestam suarum perniciem animarum, nefarias magicę artis incantationes, instrumenta, & veneficia adhibent, circulos, & diabolicos characteres describunt, dæmones inuocant, aut consulunt, ab eis responsa petunt, aut accipiunt, eis preces, & thuris, aut aliarum rerum suffimenta, seu fumigationes, aliave sacrificia offerunt, candelas accendunt, aut rebus sacris, vel Sacramentis, aut Sacramentalibus sacrilegè abutuntur, adorationis, genuflexionis, aut quęuis alia impietatis obsequia præstant, cultum, venerationemve tribuunt, aut annulum, vel speculum, aut paruas phyalas sibi fabricant, aut fabricari curant ad Dœmones in eis alligandos, seu includendos, vt putant, ad responsa ab ipsis inde petenda, aut habenda. Alii pręterea etiam in corporibus obsessis, vel lymphaticis, & phanaticis mulieribus Dœmones, de futuris, vel occultis rebus, aut factis exquirunt, vt meritò ab eis, quos Dominus in Euangelio tacere imperauit, vanas, mendacesque referant responsiones. Alii quoque præstigiatores, frequentius verò mulierculę quædam superstitionibus deditæ, in phyalis, seu vasculis vitreis aqua plenis, vel in speculo, accensis candelis, etiam benedictis sub nomine Angeli Sancti, & Albi, Diabolum omnium malorum satorem supplices adorantes, vel in vn-

guibus, aut palma manus, quandoque etiam oleo perunctis eumdem omnium fallaciarum Architectum orant, vt similiter futura, vel occulta quęuis per spectra, & apparentes imagines, seu phantasticas visiones sibi ostendat, aut ab eodem patre mendacii Diabolo aliis incantationibus, aut variis superstitiosis obseruationibus, futurorum, & occultorum huiusmodi veritatem quęrunt, & hominibus prædicere contendunt. Quorum omnium, quos supra enumerauimus, consimilis impietas parem exitum habet, nimirum, quod Dœmonis præstigijs, ac dolis, tum qui diuinant, tum qui diuinationem expetunt illusi, ac delusi miserrimę reperiuntur. Itaque cum futuros euentus in seipsis considerare antequam fiant, sit Dei proprium, illud necessariò consequitur, vt Astrologi, & alii prędicti, qui huiusmodi futura prænunciare, aut prænoscere, quocunque modo, nisi Deo reuelante, audent, iniustè, atque impudenter, quod Dei est sibi assumant, & vsurpent. Sic fit, vt dum ab eis, quod solius est Creatoris perperam creaturis tribuitur, diuina maiestas grauiter lædatur, fidei integritas violetur, & animabus pretioso Christi sanguine redemptis, pestis, atque exitium importetur.

Ordinarijs ideò iussum fuit vt eiusmodi artes, & lib. extirparent, sed extirpatio perfecta nō fuit.

§. 2. Et licet iampridem regulis Indicis Librorum prohibitorum ex Decreto Sacri generalis Tridentini Concilij confecti, illud inter cœtera constitutum fuerit, vt Episcopi diligenter prouiderent ne huiusmodi Astrologię iudiciariæ libri tractatus, & Indices legerentur, vel haberentur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisve casibus, aut ijs actionibus, quę ab humana voluntate pendent certò aliquid euenturum affirmare audent, permissis tamen iudiciis, & naturalibus obseruationibus, quæ nauigationis, agriculturæ, siue medicæ artis iuuandæ gratia conscripta fuissent. Libros verò omnes, & scripta Geomantiæ, Hy-

Hydromantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicę, prorsus reijci, & aboleri curarent. Non tamen errorum, corruptelarum, delictorum, & abusuum prędictorum extirpationi vsque adeo prouisum est, quin etiam adhuc in nonnullis locis, & apud plurimos curiosius vigeant, cum valde frequenter, detectis diaboli insidijs, diuinationum, sortilegiorum, & variarum superstitiorum omnia plena esse in dies detegantur.

§. 3. Nos igitur, qui pro nostro pastoralis officij munere fidei integritatem inuiolatam conseruare debemus, & animarum saluti prospicere, quantum, diuina gratia adiutrice, possumus, ex paternæ charitatis visceribus optamus, damnantes, & reprobantes omne genus diuinationum, quę, diabolo auctore, ad fidelium deceptionem, à prædictis curiosis, vel perditis hominibus fieri solent. Cupientes prętereà sanctam illam Christianæ Religionis simplicitatem, præsertim vbi agitur de summa Creatoris Dei potestate, sapientia, & prouidentia, ab omni erroris labe, integram, atque incorruptam, vt par est, retineri. Volentes quoque prędictę falsæ credulitati, ac huiusmodi illicitarum diuinationum, & superstitionum detestabili studio, & execrandis flagitijs, atque impuritatibus occurrere, vt de Christiano populo meritò dici possit, quod de antiquo Dei populo scriptum est. Non est augurium in Iacob, neque diuinatio in Israel. Hac perpetuò valitura constitutione, Apost. auctoritate statuimus, & mandamus, vt tam contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscumque dictę iudiciariæ Astrologiæ artem, præterquam circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam in posterum exercentes, aut facientes judicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, fortui-

Hic itaq. Pont. Astrol. iudiciarios Mathe. Diuinatores, & cæteros ab Ordinarijs, et ab Inquisitorib. seuerè coerceri mandat.

tisque casibus, aut actionib. ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent, etiam si id se non certò affirmare asserant, aut protestentur, quam contra alios vtriusq; sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & perniciosas diuinandi artes, siue scientias exercent, profitentur, & docent, aũt discũt, quive huiusmodi illicitas diuinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scelera, & delicta, vt præfertur, faciunt, aut in eis se quomodolibet intromittunt cuiuscunque dignitatis, gradus, & conditionis existant, tàm Episcopi, & Prælati, Superiores, ac alij Ordinarij locorum, quàm Inquisitores hæreticæ prauitatis, vbique gentium deputati, etiam si in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirant, & procedant, atque in eos seuerius Canonicis pœnis, & aliis eorum arbitrio animaduertant.

Librosq; harum artium retineri vetat.

§.4. Prohibentes omnes, & singulos libros, opera, & tractatus huiusmodi iudiciariæ Astrologiæ, Geomantiæ, Hydromantię, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Negromantiæ, Artis Magicæ, aut in quib. sortilegia, venefica, auguria, auspicia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, ac vt supra in memorato Indice interdictos sub censuris, & pœnis in eo contentis, à quibuscunq; Christi fidelibus legi, aut quomodolibet retineri, sed illos Episcopis, & Ordinariis locorum, vel Inquisitorib. prędictis præsentari, & consignari debere. Et nihilominus eadem auctoritate statuimus, & mandamus, vt contra scienter legentes, aut retinentes libros, et scripta huiusmodi, seu in quibus talia continentur, similiter iidem Inquisitores liberè, & licitè procedant, ac procedere, et pœnis condignis punire, et coercere possint.

Clausula derogatoria.

§.5. Non obstantib. constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis: cœterisque contrariis quibuscunque.

§. 6.

§. 6. Vt autem præsentes nostræ litteræ ad communem omnium notitiam facilius deducantur, iubemus illas in valuis basilicarum S.Ioann. Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ affigi, seu appendi, eisque detractis, ipsarum exempla, etiam impressa eisdem in locis affixa relinqui. *Iussio publ. in Vrbe.*

§. 7. Et insuper vniuersis, & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis locorum Ordinariis, & Prælatis, necnon Inquisitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet constitutis, per hæc committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium, seu alios easdem præsentes litteras, postquam eas receperint, seu earum notitiam habuerint, in suis, & singulis Parochialibus Ecclesiis, dum in eis populi multitudo ad diuina conuenerit, deinde verò semel in anno, & quoties eis expedire videbitur, vulgari sermone publicent, aut publicari faciant. *Et extra*

§. 8. Quia verò difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri, volumus, vt earum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac paruo sigillo Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, aut alicuius Prælati, vel Curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique locorum adhibeatur, quæ eisdem originalibus litteris adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo, &c. *Fides exemplorum.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimoquinto, Nonis Ianuarii, Pontificatus nostri Anno 1. *Dat. P. Ann. 1. S. Ia.*

An-

Anno à Natiuitate Domini 1586. Indictione 14. die verò 9. mensis Ianuarij, Pontif. S.D.N.D. Sixti, diuina prouidentia Papa V. anno 2. retroscriptæ litteræ Apostolicę affixæ, lectę, & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis S. Ioannis Lateranensis, & S. Petri, Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & acie Campi Floræ, & per aliquod temporis spatium dimissæ per nos Ioann. Freile, & Nicolaum Tagliettum S.D.N. Papæ Cursores.

Alex. Parabiacus Magister Cursorum.

Relig vt sup. §. 5. fol. 38.

VRBANI VIII. CONSTITVTIO CXIII.

Contra Astrologos Iudiciarios, qui de statu Reipubl. Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu vita Romani Pontificis, aut eius consanguineorum iudicia facere, necnon eos, qui illos desuper consulere præsumpserit, cum innouatione similis constitutionis Sixti Papæ V.

Edita anno D. 1631.

VRBANVS PAPA VIII.

Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Proœm. INscrutabilis Iudiciorum Dei altitudo non patitur, vt humanus intellectus, tenebroso corporis carcere constrictus, super astra se extollens, arcana in sinu Diuino recondita, & ipsi beatissimis Spiritibus ignota, nefaria curiositate, non solum explorare; sed etiam tanquam explorata, in Dei contemptum, Reipublicæ perturbationem, & Principum periculum, arroganti, & pernicioso exemplo, vendicare pręsumat.

§. 1. Hinc est, vt quamuis ciuilibus, canonicisque san-

ſanctionibus, ac nouiſſimè fel. record. Sixti Papæ V. prædeceſſoris noſtri Conſtitutione, deſuper edita, Aſtrologum, Mathematicorum, Vaticinatorum, & aliorum, qui euentura diuinare, ſeu predicere audent, quoſque vti homicidas, & maleficos antiquitas eſtimauit, illorum potiſſimùm, qui de ſumma Reipublicę, vel Principis ſalute iudicia ferre præſumerent, ars, profeſſio, ſiue exercitium grauibus pœnis inhibita eſſe noſcantur. Attamen, ſicut accepimus, nonnulli iniquitatis filij, propriæ puſillitatis obliti, ac lenitate forſan, vel conniuentia audentiores facti, vanamque fatidicorum eſtimationem aucupantes, in deplorandam animarum ſuarum perditionem, graueque Chriſti fidelium ſcandalum, etiam de Reipublicę, & Principum incolumitate, illis ſolicitudinem, hominibus verò inquietis rerum nouandarum occaſionem, ea ratione, inferre ſatagentes, prognoſtica, & prædictiones verbo, vel etiam ſcripto edere non erubeſcunt. *Cauſa huius conſtitutionis.*

§. 2. Nos itaque perniciosis huiuſmodi auſibus, quantum nobis ex alto conceditur, obuiam ire, ac quos Dei reſpectus in officio non continet, pœnarum grauitate, & ſeuerioris diſciplinæ fræno coercere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione, noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Conſtitutionem, per præfatum Sixtum prædeceſſorem, deſuper, vt prefertur, editam, Apoſtolica auctoritate, tenore preſentium, perpetuo approbamus, confirmamus, & innouamus. *Innouatio conſt. Sixti V.*

§. 3. Et inſuper omnibus, & quibuſcunque Laicis cuiuſcunque ſexus, conditionis, ſtatus, gradus, qualitatis, & dignitatis, etiam Marchionalis, vel Ducalis exiſtentibus, qui de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſiue de vita, aut morte Rom. Pontificis, pro tempore exiſtentis, eiuſque vſque ad tertium gradum, incluſiuè, conſanguineorum Mathematicos, *Contrauetionis, & cõtrauenientiũ laicorũ pœna.*

Ario-

Ariolos, Aruspices, Vaticinatoresve nuncupatos, vel alios Astrologiam iudiciariam exercentes, seu aliàs quomodolibet profitentes, de cœtero consuluerint, siue desuper eorum iudicia, prognostica, prædictiones, seu precognitiones, etiam sibi oblatas receperint, illisve quomodolibet vsi fuerint, vel illas penès se scienter retinuerint, aut alicui ostenderint, necnon iisdem Mathematicis, Ariolis, Aruspicibus, Vaticinatoribus, siue aliis Astrologiam Iudiciariam, seu quamlibet artem diuinatoriam quomodolibet profitentibus, qui Iudicia, Prognostica, seu præcognitiones, & prędictiones super præmissis, etiamsi id non certo se affirmare protestentur, fecerint, siue a se, vel ab alijs iam facta, seu factas imposterum penès se similiter retinuerint, vel alicui dederint, seu ostenderint, aut de eis, quouis modo, etiam improbando scripto, vel verbis tractauerint, nedum excommunicationis maioris latæ sententiæ, sed etiam vti læsæ Maiestatis reis, vltimi supplicij, ac confiscationis omnium bonorum suorum, etiam Romanæ Curię officiorum, ac deuolutionis quorumcumque Ciuitatum, Castrorum, & locorum Iurisdictionalium, & feudalium.

Pœna Clericorum quorumcunque quãtumuis qualificatorum.

§. 4. Clericis quoque, & presbyteris, aliisque personis Ecclesiasticis, tàm sæcularibus, quàm cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, seu Instituti, vel militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, aliisq; quomodolibet exemptis, ac Nobis, & Apostolicæ Sedi immediatè subiectis, Regularibus vtriusque sexus, vltra prędictas, etiam priuationis beneficiorum, & dignitatum, ac officiorum Ecclesiasticorum, etiam Monasteriorum, Prioratuum, & Præceptoriarum, ac aliorum quorumcunque, & inhabilitatis perpetuæ ad illa imposterum obtinenda, ita quod personæ Ecclesiasticæ, præuia illarum degradatione, Curię sęculari tradantur puniendę, in Episcopali,

pali verò, Archiepiſcopali, Metropolitana, Primatiali, Patriarchali, aut quacunque alia, etiam ſuperiori Eccleſiaſtica, vel mundana quantumuis ſublimi, excellente, & ſpeciali nota digna, etiam ſuprema conſtitutis dignitate, eaſdem excommunicationis, ac priuationis, etiam regiminis, & adminiſtrationis Eccleſiarum, & aliorum quorumcunque beneficiorum, & dignitatum quantumuis ampliſſimarum, & Patriarchali maiorum, ac officiorum ſuorum, & inhabilitatis pœnas, ipſo facto incurrendas, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, infligimus, & imponimus.

§. 5. Cognitionem autem cauſarum huiuſmodi quoad perſonas Eccleſiaſticas, tàm ſeculares, quàm regulares, in Vrbe noſtra, & illius diſtrictu, ad dilectos filios noſtrum, in eis Vicarium in ſpiritualibus Generalem, necnon eiuſdem Vrbis Gubernatorem, ac cauſarum Curiç Camerç Apoſtolicæ Auditorem Generalem, & eorum quemlibet inſolidum, extra verò Vrbem, & diſtrictum prædictum, in Prouinciis Nobis, & Apoſtolicæ Sedi ſubiectis, ad S. R. E. Cardinales, in eiſdem Prouincijs de Latere Legatos, & Prolegatos, ac Præſides in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos pro tempore exiſtentes; in aliis verò omnibus, & ſingulis Prouinciis, Regnis, Ciuitatibus, Oppidis, Caſtris, & locis, tàm ſub noſtra, & dictæ Sedis, quàm cuiuſuis alterius Principis ditione comprehenſis, priuatiuè, quoad omnes, etiam Superiores Religioſorum, ipſiſque Superioribus penitus excluſis, ad Ordinarios locorum; vbilibet verò locorum, etiam ad hæreticç prauitatis Inquiſitores ſpectare volumus. *Iudicum deputatio tàm in Vrbe, quam extr.*

§. 6. Mandantes dilectis filiis noſtris, & dictæ Sedis de Latere Legatis, & eorum Vicelegatis, & præſidibus prędictis nunc, & pro tempore exiſtentibus, necnon Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcop. & Epiſcopis ſingulis, videlicet, in ſuis Ciui- *Demãdatio cognitionis cauſarũ huiuſm.*

tate,

tate, & Diœcesi, & quoad loca intra fines alicuius Diœcesis, non tamen de Diœcesi, existentia ipsarum Diœcesum, intra quarum fines eadem loca extiterint, quò verò ad ea, quę extra fines alicuius Diœcesis consistunt, vicinioribus eorundem locorum Ordinarijs, ac etiam Inquisitoribus prædictis, quatenus ad instantiam cuiusuis Fisci, vel denunciatoris, ac etiam, ex eorum officio, causarum huiusmodi cognitiones suscipientes, præuia etiam auocatione à quibusuis aliis supra non expressis, nec à nobis specialiter delegatis, in causis ipsis, modo pręmisso, procedant omnibus iuris, & facti remediis opportunis, inuocato etiam auxilio brachii sæcularis.

Inhibitio & pœna cōtra turbantes, vel non obedientes iudicibus prædictis.

§. 7. Inhibentes insuper Decanis, & capitulis Ecclesiarum Cathedralium Metrapolitanarum, & Patriarchalium, necnon quorumuis Ordinum, & locorum Regularium, Societatum, & Institutorum, ac etiam Hospitalis pręedictorum Superioribus, Conuentibus, & Fratribus, quantumuis exemptis, nè sub priuationis beneficiorum, & officiorum quorumcumque per eos, respectiuè, obtentorum, ac similiter inhabilitatis ad alia, in futurum, obtinenda, vocisque actiuæ, & passiuę, necnon excommunicationis latæ sententiæ, eo ipso, incurrendis pœnis, Ordinarios locorum, nec non Legatos, seu Vicelegatos, aliósque pręedictos in causis huiusmodi procedentes quoquo modo impedire, molestare, seu perturbare audeant, vel præsumant, ac etiam mandantes, vt, quoties ad id fuerint requisiti, Religiosos ipsos, etiam si alicuius loci Regularis Superiores actu fuerint, Ordinariis, Legatis, seu Vicelegatis, ac aliis pręedictis, seù quibus iidem mandauerint, consignent, cum scripturis, & actis, si quę facta fuisse reperiantur.

§. 8. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Iudices Ordinarios, Delegatos, & Commissarios,

rios, ac etiam Cameræ Apostolicæ Clericos, Presidentes, necnon causarum Palatii Apostolici, & Curiæ eiusdem Cameræ Generalem Auditorem, ac S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon Vicecamerarium, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & definiri debere, irritum quoq;, & inane, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingerit attentari, decernimus. *Decretū irritans.*

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apost. necnon nostra, in numero, septuagesima, & aliis Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac Prouinciarum, Regnorum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, Militiarum, Hospitalium, etiam S.Ioannis, prædictorum, aliorumque Religiosorum, & piorum locorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Ecclesiis, Monasterijs, Hospitalibus, & Militijs prædictis, & alijs pijs locis, ac illorum Vniuersitatibus, Capitulis, Superioribus, & personis in contrarium, forsan, quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quęuis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse, harum serie, derogamus, cœterisque contrariis quibuscunque. *Contrarium derogatio.*

§. 10.

Publicatione, in Vrbe omnes arctare vult. §. 10. Volumus autem, quod præsentes litteræ in Valuis Ecclesię Lateranensis, & Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ postquam sic affixę, & publicatæ fuerint, quoscumque tàm in Statu nostro temporali, quàm extra eum, vbique locorum perinde arctent, & afficiant, ac si vnicuique nominatim, & personaliter intimatę fuissent.

Trāsūptorum fides. §. 11. Quodque earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra, vbique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Sanctio pœnalis. §. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innouationis, inflictionis, impositionis, inhibitionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat P. A. 8. die 1. Apr. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo sexcentesimo trigesimo primo, Kalend. Aprilis Pontificatus nostri anno octauo.

In Dei nomine Amen, Anno à Natiu. Domini nostri Iesu Christi millesimò sexcentesimo trigesimoprimo, die verò decima mensis Aprilis, Indictione decimaquarta. Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. Anno eius octauo, supradictæ Litteræ Apostolicæ presentatæ, & affixæ fuerunt, ac dimissis copijs ad Basilicas Ecclesiarum

rum S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum Vrbis, & in Cancellaria Apostolica, in acie Campi Flore, ac alijs locis solitis consuetis Vrbis, per nos Augustinum de Bolis, & Ioannem Radicam. S.D.N. Papæ Cursores.

Matthias Spada Magister Cursorum. *Relig. vt sup. §. 6. fol. 38.*

CLEMENTIS VIII. CONSTITVTIO XLII.

Quod Itali extra Italiam non habitent in locis, vbi liber, & publicus cultus, siue vsus Catholicæ Religionis non existat.

CLEMENS PAPA VIII.

Edita anno D. 1596.

Ad futuram rei memoriam.

Causa huius cõstit.

CVm sicut non sine magno animi nostri dolore, accepimus, quamplures Christi fideles ex diuersis Italiæ partibus, eorum patriis, vbi vera, & sancta Catholica, & Apostolica Religio viget, & publicè prędicatur, discedentes, abeant in longinqua loca, vbi non solum hęreses impunè grassantur, sed quod peius est, Catholicę Religionis vsus publicè interdicitur, & prohibetur, quo fit, vt personę ibi permanentes, etiam si Catholicæ sint, cogantur tamen contra eorum pia desideria, sacrosanctæ Missæ sacrificio, aliisque diuinis Officijs, ac Sanctorum Sacramentorum perceptione, in suarum animarum discrimen, diutius carere.

Itali non habitent in locis, in quib. Catholica fidei cultus liber non permittitur,

§. 1. Quare nos, his & aliis malis, & periculis inde prouenientibus, quantum cum Domino possumus, obuiare cupientes, hac nostra in perpetuum valitura

constitutione statuimus, & ordinamus, vt de cætero nullus Italus, siue Mercator, siue cuiusuis alterius conditionis, vel status existat, quouis quæsito colore, prætextu, vel ingenio audeat habitare, vel domicilium tenere in Ciuitate, Oppido, seù loco, vbi aliqua Ecclesia cum Parocho, vel Pastore, seù Sacerdote Catholico non existat, in qua liberè, & sine omni periculo palàm, & publicè celebrari, & audiri possint sacrosanctæ Missę, & alia diuina Officia, & Conciones, ac Sacramenta Ecclesiastica ministrari, mortuorum corpora sepeliri, & cætera fieri iuxtà ritum Sanctæ Romanę Ecclesiæ.

Euitentque hic enarrata

§. 2. Vtque iidem Itali abstineant a Matrimoniis cum hæreticis mulieribus, & ab hęreticorum sepulturis, filios suos de Sacro Fonte leuari per hęreticos non permittant, nec ipsi vicissim hæreticorum filios, nisi per Catholicum Sacerdotem Catholico more baptizentur, leuare præsumant; Medicorum quoque hæreticorum opera, necessitate cessante, & vbi adsit copia Catholici Medici idonei, non vtantur.

Ad habitandum ibi, nō accedant, nisi id prius significent ordinar. vel inquisit. qui cū eis hic descripta seruent.

§. 3. Cùm verò Itali prædicti ex Italia recedunt ad morandum, seù inhabitandum in partibus prædictis, id significent suis Ordinariis, vel Inquisitoribus locorum, à quibus seriò admoneantur, vt in eis perpetuò Catholicam, & Orthodoxam fidem constanter retinentes, & profitentes, piam, & Catholicam vitam ducant, Dominicos, & Festos dies, abstinentias, & sacra ieiunia ab Ecclesia præcepta religiosè colant, atque omnem hęresim, & errorem, hæreticos, schismaticos, & ab Orthodoxa fide aberrantes fugiant, & euitent, ac vt saltem, singulis annis, de eorum Sacramentali peccatorum confessione, & Sanctissimę Eucharistiæ perceptione, per eos facta, fidem, seù testimonium ipsis Ordinariis, vel Inquisitoribus in Italiam transmittant, ad quod, & nos dictos Italos te-

nore

nore præsentium teneri, & obligatos esse decernimus, & mandamus.

§. 4. Quod si quis propriè salutis immemor, contra præmissa facere præsumpserit, possit aduersus eum per locorum Ordinarios, & Inquisitores hæreticę prauitatis, vti de hæresi suspectum, procedi. *Inobediētes, vel nō hæresi suspecti inquiri possunt.*

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscunque. *Quibuscunq; nō obstantibus.*

§. 6. Volumus autem, vt earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quę ipsismet pręsentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. *Transūpt. fides.*

Datum Romę apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 26. Iulii 1596. Pontificatus nostri anno quinto. *D.P. an. 5. die 26. Iulij.*

GREGORII XV. CONSTITVTIO XXVIII.

Relig. vt sup. §. 6. fol. 38.

Contra hæreticos in locis Italiæ, & insularum adiacentium quouis prætextu commorantes, eorumque fautores.

GREGORIVS PAPA XV.

Edita anno D. 1622.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmani Pontificis, Beati Petri Apostolorum Principis, successoris munus exigit, vt pro incumbente Dominici gregis cura, & solicitudine, Prædecessorum suorum Constitutiones, eas præsertim quæ ad Sacrosanctæ Fidei Catholicę conseruationem perti- *Exordiū*

nent, quo suum perpetuum sortiantur effectum, & inuiolabiliter obseruentur, innouet, & extendat, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè compensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Clem. 8. edidit cõstit. quæ est sup. 70.

§. 1. Aliàs siquidem à fel. record. Clemente Papa VIII. Prędecessore nostro emanarunt litteræ, tenoris subsequentis videlicet. *Cum sicut non sine, &c.* Residuum habebis sup. fol. 70.

Hic Põt. illam omnino præcipit obseruari.

§. 2. Nos inuiolabili dictarum Clementis litterarum, & in eis contentorum quorumcunque obseruationi, quantum Nobis ex Alto conceditur, prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Clementis prędecessoris litteras, cum omnibus, & singulis in eis contentis, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illasque innouamus, ac inuiolabiliter obseruari mandamus.

Et plenius modo dispõnit cõtra hæreticos

§. 3. Insuper ne vllus hæreticus in locis Italię, & Insularum adiacentium, neq; etiam sub commercii, mercimonii, aut alio quouis prætextu domicilium contrahere, seù domum apertam habere propriam, vel conductam, aut gratis concessam, seù habitari, aut morari possit, earumdem tenore præsentium prohibemus, ac respectiuè statuimus, & ordinamus.

Contrauenientibus pœnis infligit.

§. 4. Contra prohibitioni autem, ac statuto, & ordinationi nostris huiusmodi non parentes, seu contrauenientes, cuiusuis status, gradus, ordinis, dignitatis tàm Ecclesiasticæ, quàm secularis existentes, iuxta formam iuris procedatur, & puniantur.

Illorum fautores vti hæreticos puniri iubet.

§. 5. Et simili modo eos, qui hæreticos prędictos receptauerint, eisq; quoquomodo, contra pręsentium litterarum tenorem, fauorem, opem, seù auxilium præbuerint, vti fautores, & receptatores hæreticorum puniri.

§. 6. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & de-

delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, & de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbiq; iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore predictis decernimus, & declaramus.

Et ita et nõ aliter iudicari mandat.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscumque.

Quibuscunq; nõ obstantibus.

§. 8. Volumus autem, quòd presentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quę presentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę, quodque eædem præsentes, post duos menses a die illarum publicationis computandos, omnes, & singulos, ad quos spectat, arctent, & afficiant, perinde ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

Publicatione in Vrbe omne ligare decernit.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die secunda Iulij 1622. Pontificat. nostri anno 2.

Dat. P. An. 2. die 2. Iul.

Anno à Natiu. D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indictione quinta, die verò 1. mensis Septemb. Pontificatus SS. in Christo Patris, & D. N. Gregorij Diuina prouidentia Papę XV. anno eius Secundo: retroscripta Constitutio, affixa, & publicata fuit ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octauius Spada Magister Cursorum.

Relig. vt sup.§.7. fol.38.

PAVLI V. CONSTITVTIO XXVI.

Reuocatio facultatum Superioribus quorumcumque Ordinum, & Religiosorum quoquo modo concessarum, cognoscendi causas suorum subditorum, ad officium Sanctæ Inquisitionis hæreticæ prauitatis, quomodolibet pertinentes.

PAVLVS EPISCOPVS

Edita anno D. 1606.

Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex ea interdum, quæ à prędecessoribus suis, tempore, & rerum qualitate id tunc exposcente, prouidè pro hæresum extirpatione sancita sunt, nouis emergentibus rationibus reuocat, & immutat, aliaque desuper dispónit, & ordinat, prout in Domino salubriter conspicit expedire.

Pius IV. iussit Inquisitor. procedere contra quoscũq; regulares, dum modo ab eorũ Superiorib. non eßet prauẽtũ, vt ĩ eius constit. 15. Pastoralis, etc.

§. 1. Dum siquidem fel. recor. Pius Papa Quartus prædecessor noster sua perpetuò valitura cõstitutione, statuit, ordinauit, & declarauit, quod ex tunc deinceps in omnibus Christiani Orbis partibus Inquisitores hæreticæ prauitatis, tàm generales, quàm in quibusuis Prouinciis, Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & locis pro tempore deputati particulares, contra omnes quorumcunque Ordinum, etiam exemptorum, etiam Mendicantium professores, & Religiosos, ac etiam alios quoscumque quouis modo priuilegiatos, & exemptos, de hæresis crimine quomodolibet suspectos, aut culpabiles, dummodo ab eorundem professorum & Religiosorum Superioribus, vel Prelatis in causis huiusmodi pręuenti non fuissent, iuxta facultates Officij Inquisitionis ipsius prauitatis inquirere, & procedere,

ac

ac culpabiles, & delinquentes repertos, secundum canonicas sanctiones castigare, atque punire possent, & valerent, ac aliàs, provt in litteris ipsius Pij Prędecessoris latius continetur.

Hic modo Pont. facultatem quibuscumq; Ordinũ Pralatis cognoscẽdi causas Regulariũ ad Officium Inquisit. spectãtis quoquo modo cõcessam revocat.

§. 2. Cum autem rerum vsu compertum sit, occasione præuentionum huiusmodi nonnulla interdum impedimenta orta esse, quo minus causę huiusmodi ea, qua decet diligentia, cognoscantur. Nos, de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum S. Romanę Ecclesię Cardinalium, contra hęreticam prauitatem Generalium Inquisitorum, illa de medio tollere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac matura deliberatione, hac nostra, etiam perpetuo valitura constitutione, omnia, & quæcunque priuilegia, indulta, facultates, & concessiones Generalibus, Superioribus, & Prelatis, quorumcumque Ordinum, siue Mendicantium, siue Clericorum Regularium, cuiusuis Ordinis, & instituti, etiam in dicta constitutione non expressorum, & quantumuis exemptorum, & quocunque nomine nuncupentur, per dictum Pium, ac quoscumque Romanos Pontifices prędecessores nostros, & Sedem Apostolicam concessa, approbata, & innouata, & quantumuis, etiam longissimo tempore, obseruata, causas ad dictum officium, quouis modo spectantes, cognoscendi, & terminandi, seù in illis quoquomodo se intromittendi, quorum omnium, & singulorum tenores, etiam si de illis specialis, & expressa mentio habenda esset, pręsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, Apostolica auctoritate, tenore pręsentium, perpetuò cassamus, reuocamus, & abolemus, ipsisque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, vt de cœterò, quouis quęsito colore, vel prætextu pręuentionis, vel consuetudinis, & præscriptionis immemorabilis, seù cognoscendi, an delationes huiusmodi calumniosę sint necnè, in eis-

dem causis, tàm motis, quàm mouendis, quoquomodo se intromittere, seù immiscere, denunciationes recipere, testes examinare, processus conficere, causas ipsas cognoscere, definire, vel terminare minimè audeant, seù præsumant, simili auctoritate districtius inhibemus.

Regular. omnes ordinarijs, & Inquisitoribus liberè denunciari mandamus.

§. 3. Volentes, & expresse mandantes, vt ipsi Religiosi possint, & debeant omnes, etiam Ordinum huiusmodi professores de heresi suspectos, Inquisitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus liberè denunciare, absque eo quòd Superiores prædicti personas denunciandas, & causas perquirere, vel quoquo modo id impedire, vel retardare audeant, seù præsumant.

Et causas corā ipsis Pralatis pendentes in quisitor., & Ordinarijs cō mittit.

§. 4. Insuper omnes, & quascunque causas ad dictum officium quomodolibet spectantes, & pertinentes, coram Generalibus, Superioribus, & Prælatis huiusmodi in quibuscunque locis existentibus, ac contra quoscunque Religiosos, vt præfertur exemptos, motas, & pendentes, ad nos, harum serie, auocamus, easque omnes in statu, & terminis, in quibus de præsenti reperiuntur, ipsius prauitatis Inquisitoribus, vel ordinariis locorum vicinioribus terminandas committimus.

Prelatos ad transmittēdū omnia acta, & omnes regulares de heresi suspectos, ijsdem Ord. & Inquisit. monet.

§. 5. Preterea ipsis Generalibus, Superioribus, & Prælatis pari auctoritate præcipimus, atq; mandamus, vt omnes processus, & acta causarum huiusmodi Inquisitoribus, seu Ordinariis prædictis respectiuè remittant, & consignent; necnon professores, fratres, & Religiosos supradictos, quos hæresis labe infectos, vel suspectos, etiam in visitatione esse nouerint, absque alia consultatione cum propriis Superioribus facienda, eisdem Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum vicinioribus respectiuè denuncient.

§. 6. Quod si Generales, aliique prædicti præsentibus

tibus litteris non paruerint, eos omnes priuationis quarumcumque dignitatum, seu Prælaturarum, vel officiorum suorum Ordinum, ac vocis actiuæ, & passiuæ, perpetuæque inhabilitatis ad easdem, necnon contra fautores hæreticorum, & impeditores officij statutas, & inflictas pęnas, aliasque censuras Ecclesiasticas etiam excommunicationis maioris latæ sententiæ, à qua non nisi à Nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo, absolutionis beneficium valeant obtinere, eo ipso incurrisse.

Contrauenientibus pœnas imponit.

§. 7. Necnon præsentes litteras, licèt generales Superiores, & prælati prædicti, aut quicunque alij quauis auctoritate, dignitate, vel officio, seu honore fulgentes in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati non fuerint, semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Clausulas huius Bulla præseruatiuas apponit.

§. 9. Non obstantibus prædicta, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinum, & institutorum quorumcumque iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliaroboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam mare magnum, vel alias quomodolibet nuncupatis, eisdem Ordinibus, eorumque Generalibus, Superioribus, & Prælatis, ac personis, etiam per quoscunque Romanos Pōtifices prædecessores nostros, ac Sedem prædictam, &

Edita anno D. 1574.

per

per Nos quouis modo concessis, confirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis,quibus,ac alijs omnibus,quæ præsentibus quomodolibet obstare possent, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores pro plenè, & sufficienter præsentibus expressis, & totaliter insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, & specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Formam & effectũ publicationis præscribit, §. 9. Vt autem præsentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, nevè aliquis ignorantiam, earum prætendere, aut contra eas se excusare valeat, illas in valuis S.Ioannis Lateran.& Principis Apostolorum Basilicarum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ, de more,affigi, & publicari, earumque exempla inibi affixa dimitti, ac post publicationem huiusmodi omnes, & singulos, quos concernunt, & concernent in futurum perinde arctent, & afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent.

Transũptis credi iubet. §. 10. Quodque earum transumptis,etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, seu personę in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extra, vbique gentium,& locorum adhiberi volumus,& mandamus, quæ eisdem originalibus litteris adhiberetur,si essent exhibitę, vel ostensę, & nihilominus, vt ad maiorem notitiam singulorum, & quorumcunque Religiosorum prędictorum pręsentes deueniant, etiam volumus,& in virtute sanctę obedientię præcipimus,& mãdamus Generalibus,Superioribus,& Prælatis prędictis, vt in primis proximis futuris Capitulis, seu Congregationi-

tionibus, Prouincialibus, vel Generalibus cuiuscumque Prouinciȩ, tàm in Italia, quàm extra, prȩsentes nostras litteras legi, & publicari faciant, & procurent.

§. 11. Nulli ergo, &c. *Sanctio pœnalis.*

Datum Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dom. 1606. Calend. Septembris Pontificatus Nostri, Anno secundo. *Dat. P. A. 1. die 1. Septeb.*

Anno Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi 1606. Indictione quarta, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli, diuina prouidentia Papæ V. anno secundo, die verò tertia Octobris supradictæ Litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Ioannem Baptistam Menochium, eiusdem S. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

PAVLI V. CONSTITVTIO XCVII.

Rel. vt sup. c. 8. fol. 38.

Innouatio Constitutionum à Sixto IV. & Pio V. de Conceptione B. Mariæ Virginis editarum. Impositioque maiorum pȩnarum in transgressores, à locorum Ordinarijs, & hæreticæ prauitatis Inquisitoribus puniendos.

PAVLVS PAPA V.

Edita anno D. 1616.

Ad perpetuam rei memoriam.

Regis pacifici, quamquam nullo nostro merito, diuina dispensatione, vices gerentes in terris, ex muneris nostri debito, pacis, & concordiæ inter Christi fideles, præsertim Ecclesiasticas personas, quȩ al ijs in *Proœmiũ*

in viam pacis dirigendis, & in vnitate Spiritus continendis sunt præpositę, conseruationi sedulo inuigilare cupientes, ea, quæ à prædecessoribus nostris Roman. Pont. ad scandalorum semina tollenda, salubriter constituta sunt, cum hostis antiqui insidiis, qui ab initio dissidia serere cępit, minimè obseruari, aut varijs modis eludi dignoscuntur, vt inuiolata seruentur, opportunis remediis, quãtum cũ Domino possumus prouidemus.

§. 1. Olim siquidem per felicis recordationis Sixtum Papam Quartum prædecessorem nostrum, accepto, quod nonnulli, diuersorum Ordinum Prædicatores, in suis sermonibus ad populum publicè per diuersas Ciuitates, & Terras affirmare non erubuerant, & quotidie prædicare non cessabant, omnes illos, qui tenebant, aut asserebant Gloriosam, & Immaculatam DEI Genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse hæreticos, eiusdemque immaculatæ Conceptionis officium celebrantes, audientesque sermones illorum, qui eam sine huiusmodi macula conceptam esse affirmabant, grauiter peccare, sed & prædictis prædicationibus non contenti, confectos super eisdem suis assertionibus libros in publicum ediderant, ex quorum assertionibus, & prædicationibus non leuia scandala in mentibus fidelium exorta erant, & maiora meritò exoriri formidabantur in dies, idem Sixtus prædecessor huiusmodi temerarijs ausibus, & peruersis assertionibus, & scandalosis, quæ exinde in Dei Ecclesia exoriri poterant, obuiare volens, huiusmodi assertiones prædicatorum eorumdem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent, eos qui crederent, aut tenerent eandem Dei Genitricem ab originalis peccati macula in sua conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius hæresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut huiusmodi officium conceptionis celebrantes, seu huiusmo-

di

Sixt. IV. constitutionẽ edidit cõtra affirmantes, hereticũ esse, aut peccatũ mortale, credere, vel tenere B. Mariam Virg. in sua conceptione à peccati originalis macula praeseruatã fuisse, vel nõ fuisse, cũ nondum id esset à Sede Apostol. & Rom. Eccles. decisum. Hanc const. Sixti IV. vide in c. 2. de rel. & ven. Sanct. [illegible]

di sermones audientes alicuius peccati reatum incurrere, vtpote falsas, & erroneas, & à veritate penitus alienas, editosque desuper libros prædictos id continentes, quo ad hoc reprobauit, & damnauit, ac statuit, & ordinauit, quod prædicatores verbi Dei, & quicunque alij cuiuscunque status, gradus, aut ordinis, & conditionis essent, qui ausu temerario præsumerent in eorum sermonibus ad populum, seu alias quomodolibet affirmare, huiusmodi sic per eum improbatas, & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, excommunicationis sententiam eo ipso incurrerent, à qua ab alio, quam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, nequirent absolutionis beneficium obtinere. Similique pęnæ, & censuris subiecit eos, qui ausi essent asserere, contrariam opinionem tenentes, videlicet, Gloriosam Virginem MARIAM cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cum nondum id esset à Romana Ecclesia, & Apostolica Sede decisum.

Etiam innouauit. Conc. Trid. sess. 5. de pecc. orig. in fin.

§. 2. Hanc verò Sixti prædecessoris constitutionem Oecumenica Tridentina Synodus postea innouauit.

Pius V. prohibuit de hoc articulo in popularibus cōcionibus disputari, vulgari sermone scribi, vel dictari, vt in eius const. 14. Super speculā.

§. 3. Ac deinde similis recordationis Pius Papa V. etiam prędecessor noster, statuit, ordinauit, & mādauit, quatenus nemo cuiuscunque ordinis, vel dignitatis existeret, in popularibus concionibus, vel vbicunque promiscua virorum, & mulierū multitudo conuenire solet, de huius cōtrouersiæ alterutra parte disputare rationibus, vel Doctorum auctoritate, asserendo propriam sententiam, & contrariam refellendo, vel impugnando, aut de hac ipsa quæstione, cuiusuis pietatis, aut necessitatis prætextu, vulgari sermone scribere, vel dictare præsumeret, qui contrafaceret suspensionis pęnam à diuinis, absque noua declaratione ipso facto incurreret, si modo esset in sacris constitutus, &

quo-

quocunque prqterea gradu, siue dignitate, vel administratione fungeretur, illis omnibus foret, ipso iure, priuatus,& ad eadem, vel similia munera obtinenda, vel obeunda, perpetuę inhabilitatis censurę,ipso etiam facto,obnoxius foret, super quibus nisi à Romano Pontifice pro tempore existente dispensari, siue absolui nō posset, & nihilominus alijs pœnis, si opus foret, à proprio pręlato, pro delicti mensura, infligendis subiectus esset, prout subiecit.

Sed solū modo in Academijs, & Capitulis, vbi nullascādali occasio subesset permisit.

§. 4. Cœterum quandiu per Apostolicam Sedem altera pars diffinita non esset, oppositaque sententia condemnata, liceret viris doctis in publicè Academię disputationibus, siue Generalium, aut Prouincialium Capitulorum, vel vbi alias interessent, qui rem capere possent, nec scandali vlla subesset occasio, de illa quæstione disserere, & argumentis vtramlibet partem asserere, vel impugnare, dum tamen neutra veluti erronea prædicaretur, seruarenturque illa omnia, quæ à dicto Sixto prædecessore statuta sunt, quorum singula, etiam quantum ad alias pœnas, duxit innouanda, & innouauit, prout in Sixti, & Pij prædecessorum litteris, desuper confectis plenius continetur.

Quia tamē super prædictis vt supra statutis nouæ quæstiones exortæ sunt.

§. 5. Verum licet hęc prouide statuta sint, nihilominus sicut accepimus, nonnulli in diuersis Christiani Orbis partibus, interminatis quæstionibus nimis intenti, dissentionum huiusmodi, iampridem Ecclesiæ disciplinæ vigore recisa germina coalescere procurant, indeque contentiones, & rixæ non sine Dei offensa, & scandalo plurimorum exortæ sunt, & grauiores in dies ne exoriantur periculum est, nisi à nobis opportunè prouideatur.

Sixti IV. & Pij V. constit. innouat. & inuiolabiliter præcipit obseru.

§. 6. Quamobrem Motu proprio, non ad alicuius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione, nostris, constitutionum Sixti, & Pij prędecessorum huiusmodi verio-

res

res tenores, præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis, habentes, eaſdem Conſtitutiones, Apoſtolica auctoritate, tenore preſentium approbamus, & confirmamus,& etiam quod earum pœnas quaſcumque,etiã abſolutionis reſeruationem innouamus, & inuiolabiliter ab omnibus, etiam Regularibus cuiuſcunque ordin.&c. & aliàs quibuſcunque tam Eccleſiaſticis,quam ſecularibus perſonis, cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis,& conditionis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ quam ſecularis, etiamſi ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua earum eſſet neceſſariò facienda mentio, obſeruari præcipimus, & mandamus, donec à Romana Apoſtolica Sede huiuſmodi controuerſia fuerit diffinita.

§. 7. Ac præterea ſi quis quouis modo contrauenerit, pręter ſupradictarum conſtitutionum pœnas reſpectiuè ipſo facto incurrendas,etiam concionandi,publicè legendi, ſeu docendi, & interpretandi facultate, ac voce actiua, & paſſiua in quibuſcunque electionibus, eo ipſo, abſque alia declaratione,priuatus exiſtat; necnon ad concionandi, & publicè legendi,docendi,& interpretandi perpetuæ inhabilitatis pœnas ſimiliter, ipſo facto,incurrat, abſque alia declaratione, à quibus non niſi à Nobis ipſis, vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pariter abſolui, ſeu ſuper ijs diſpenſari poſſit; & nihilominus alij, pœnis, noſtro, & eorundem Romanorum Pontificum ſucceſſorum noſtrorum arbitrio infligendis, ſubiiciatur, prout eum ſubiicimus per præſentes.

Trãſgreſſoribus pœnas augetur.

§. 8. Et contra huiuſmodi tranſgreſſores, etiam Regulares cuiuſuis Ordinis, & inſtituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quaſcumque eccleſiaſticas, & ſeculares perſonas cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam eccleſiaſticæ, quàm ſecularis, vt prefertur, tam Epiſcopi, & Prælati, Superiores, alijque Ordinarii locorum, quam hęreticę prauitatis vbique

Et cõtra eos Epiſcopis, & cæt.acha reticæpra uitatis Inquiſito ribus facultatẽ proceden ditribuit

que locorum deputati Inquisitores procedant, & inquirant, atq; in eos seuerè animaduertant. Nos enim ijs, & eorum cuilibet, contra eosdem transgressores procedendi, & inquirendi, ac pœnis coercendi, & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem iisdem auctoritate, & tenore tribuimus, & impartimur, eosque, vt præfertur procedere, inquirere, & punire pręcipimus, & mandamus.

Contrarijs derogat. §. 9. Non obstantibus omnibus iis, & singulis, quæ tam Sixtus, quam Pius prędecessores prædicti in litteris suis huiusmodi, voluerunt non obstare. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores, pręsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscunque.

Publicatione Romæ factã vbiq; ligare decernit. §. 10. Et ne præmissorum ignorantia a quoquam prætendi possit, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod pręsentes litteræ, seu illarum exempla, ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ affixę, omnes ita arctent, & afficiant, perinde, ac si vnicuique personaliter intimatę fuissent.

Transũptisque credi iubet. §. 11. Quodque pręsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis; & sigillo alicuius personę in dignitate Ecclesiastica constitutę muniti; eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

D. P. A. 12. die 6. Iulij. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 6. Iulii, millesimo sexcentesimo decimosexto, Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Anno

Anno à Natiu. D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo sexto, Indictione decimaquinta, die verò nona mensis Iulij, Pontificatus SS. in Christo Patris, & D. N. Domini Pauli Diuina prouidentia Papę V. Anno 12. retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, per me Augustinum Bracherium Cursorem.

Siluerius Pontirolus Mag. Curs.

GREGORII XV. CONSTITVTIO XXIX.

Relig. vt inf. §. 8. fol. 38.

Ampliatio, & declaratio prohibitionis asserendi B. Mariam Virginem conceptam fuisse in peccato originali.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram Sanctiss. D. N. D. Gregorio Diuina prouidentia Papa XV. ac Illustriss. & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus aduersus hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis feria 3. die 24. Maij, Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1622.

Edita An. Do. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAnctissimus D.N. auditis votis Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum, decretum alias editum à fel.rec. Paulo V. eius Prædecessore, tenoris sequentis videlicet.

Sanctissimus Dominus noster post longam, & maturam discussionem, auditis votis Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium contra hereticam prauitatem Generalium Inquisitorum, re accuratè, ac diligenter perpensa, prouide considerans, quòd quamuis in Constitutione fel.recordat. Sixti IV. super CONCEPTIONE Beatissimæ Virginis MARIÆ, pro submouendis inter Christi fideles scandalis, rixis, & contentionibus edita, à Sac. Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia Constitutione san. mem. Pij V. super eadem re, quas similiter Sanctitas sua innouauit cum quibusdam prouisionis, & adiectionibus pœnarum, pro efficaciori earum obseruatione, relinquatur vnicuique libera facultas tenendi, & etiam asserendi vtramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, & dum tamen neutra, veluti erronea, aut heretica damnetur, nihilominus ex occasione assertionis affirmatiuæ in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quòd eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensa, scandala, iurgia, & dissensiones. Propterea volent huiusmodi scandalis, ex debito sui muneris, prouidere, decreuit, & præcipit, ac præsentis decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & singulis cuiusuis Ordinis, & Instituti Regularibus, & aliis quibuscumque, tàm Ecclesiasticis, quàm secularibus personis cuiusuis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tàm Ecclesiasticæ, quàm secularis, etiam si specialis, specifica, & indiuidua earum esset necessariò mentio facienda, vt in posterum, donec articulus huiusmodi à Sancta Sede Apostolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis

Paul. V.

Prohibuit in actibus publicis asserere B.V. cõceptã fuisse in peccato originali, vt in const. indic. in Rub.

aliis quibuscumque actibus publicis asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali; Contra facientes autem eadem Sanctitas Sua voluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit censuris, & pœnis contentis in supradictis constitutionibus suorum Prędecessorum, & sua, ipso, facto incurrendis: Per huiusmodi tamen prouisionem, Sanctitas Sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorsus in præiudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus de præsenti reperitur, præterquam quoad supra disposita. Vlterius sub eisdem censuris, & pœnis mandans, quòd negatiuam opinionem, videlicet, quod non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent. Insuper voluit, & expresse mandauit, vt extra hos casus expressos, publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ constitutiones firmæ, & illesę remaneant, & exactè obseruentur perinde, ac si pręsens decretum non emanasset. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obseruari, non obstantibus in hac parte supradictis constitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus, &c.

§. 2. Hoc suo pręsenti decreto ex eiusdem causis euitan. scandala, dissensiones, atque discordias in Populo Christiano, quæ pari ratione oriri possunt, &, vt accepit, in aliquibus Regionibus iam ortę sunt ex sermonibus priuatis occasione assertionis affirmatiuæ extendit, & ampliauit etiam ad priuata colloquia, & scripta, mandans, & pręcipiens omnibus, & singulis supradictis, ne de cœtero, donec articulus huiusmodi à Sede Apostolica diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in sermonibus, & scriptis priuatis au- *Quod hic Pont. extendit etiam ad actus priuatos.*

deant afferere, quod eadem Beatifs. Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, feù tractare, exceptis tamen quibus à S.Sede Apoftolica fuerit hoc fpecialiter indultum. Per hoc tamen Sanctitas Sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorfus præiudicium inferre, eam relinquens in eifdem ftatu, & terminis, in quibus reperitur, præterquam quoad in fupradicto fel. record. Pauli V. & hoc fuo decreto difpofita.

Et in reliquis feruandas effe aliorũ Pont. conftit.

§. 3. Eademque Sanctitas Sua voluit, & exprefsè mandauit, vt in reliquis omnibus, vbi huiufmodi decretis non aduerfantur conftitutiones Sixti IV. Alexandri IV. & Pij V. ac Pauli V. eius Prædecefforum, fuper Conceptione Beatiffimę Virginis firmę, & illibatæ remaneant, ac exactè obferuentur perindè, ac fi huiufmodi decretum non emanaffet.

Et in diuin. offic. celebran. non alio, quam Concept. nomine vti debere.

§. 4. Et infuper eadem Sanctitas Sua, cum Sancta Romana Ecclefia de Beatifs. Virginis Conceptione Feftum folemniter, & Officium celebret, omnibus, & fingulis perfonis Ecclefiafticis, tàm fæcularibus, quàm cuiufuis Ordinis, & Inftituti Regularibus mandat, ac præcipit, vt in Sacrofancto Miffæ facrificio, ac diuino officio celebrandis, tàm publicè, quàm priuatim, non alio, quàm Conceptionis nomine vti debeant. Contrauenientes autem Sanctitas Sua voluit, & declarauit fubiacere debere, & fubiecit cenfuris, & pęnis contentis in fupradictis conftitutionibus, ac prefato decreto fuorum Prędeceflorum ipfo facto incurren. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obferuari.

Contrarijs derogat.

§. 5. Non obftantibus in hac parte conftitutionibus fuprafcriptis, decreto præfato Pauli Quinti confuetudinibus, etiam immemorabilibus, necnon omnibus, & fingulis, quæ prædeceflores prædicti voluerunt

non

non obstare, ac aliis quibuscumque in contrarium facientibus.

§. 6. Volens, & decernens, pro obseruatione, & exequutione præsentis decreti, & omnium in eo contentorum, quòd contra huiusmodi transgressores, etiam, regulares, cuiusuis Ordinis, & Instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascunque Ecclesiasticas, & sęculares personas cuiuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis tàm Ecclesiasticæ, quàm sęcularis, tàm Episcopi, & Prelati Superiores, alijque Ordinarij locorum, quàm hęreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coercendi, & puniendi. *Exequutores deputati contra omnes.*

§. 7. Voluit demum, ne pręmissorum ignorantia à quoquam pretendi possit, quòd præsens decretum, seu illius exempla ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant perindè, ac si vnicuiquè personaliter intimata fuissent; quòdque præsentium transumpti, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ pręsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. *Publicatione in Vrbe decernit, omnes ligare debere.*

Andræas de Pettinis S.R.& vniuers.Inqu.Not.

Anno à Natiu. D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimosecundo. Indict. v. die verò secunda mensis Iun. Pontific. Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Greg. diuina prouidentia Papæ XV. Anno eius 2. supra dictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valu. Basilicæ *Publicatio in Vrbe P. A. 2. die 2. Iul. 1622*

Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinum S. D. N. Papæ Curs.

Octauius Spada Mag. Cursorum.

Relig. vt sup. §. 9. fol. 38.

GREGORII XV. CONSTITVTIO XXVII.

Reuocatio quarumcumque concessionum viuæ vocis oraculo factarum, exceptis oraculis factis S. R. Ecclesiæ Cardinalibus, & eorum manu firmatis.

Edita anno D. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordiũ

ROmanus Pontifex in specula militantis Ecclesię diuina prouidentia constitutus, gratias, & indulta à se, & prædecessoribus suis concessa, iustis interdum suadentibus causis, iuxta creditum sibi Pastoralis officii debitum moderatur, aut reuocat, prout, rerum, & temporum qualitatibus debitè pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Reuocatio de qua in Rub.

§. 1. Itaque Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Omnia, & singula indulta, facultates, priuilegia, gratias, & concessiones quascumque spirituales, & Ecclesiasticas, tàm ad forum interius, quàm ad exterius spectan. ac tàm ad supplicationem partium, quàm motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus a Sede Apostolica, quæ tamen viuę vocis oraculo, hactenus quandocumque, & qualitercumque, ex quauis, etiam de necessitate exprimen-

menda, causa, quibusuis, Collegijs, Capitulis, Ordinibus, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Societatibus, etiam Societatis IESV, ac Congregationibus quibuslibet, siue eorum, & earum respectiuè Prępositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus Generalibus, vel Prouincialibus, quocumque nomine nuncupatis, Superioribus, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi prædictę immediatè subiectis, cuiuscumque dignitatis, præeminentię, aut quouis priuilegio munitis, non tamen ad supplicationem Regum concessa, in iis, videlicet, quæ non sunt sortita effectum, tenore pręsentium, reuocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac reuocata, cassa, sublata, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua perpetuò fore, & esse, neque in posterum cuiquam suffragari posse, vel debere, neque aliquem ijs de cœterò, vti, vllo modo posse, etiamsi expressa, & specifica mentio, etiam de verbo ad verbum, de iis facien. esset, decernimus, & declaramus.

§. 2. Firmis tamen, & in suo robore permanen. omnibus indultis, & aliis concessionibus prędictis, viuę vocis oraculo, S.R.E. Cardinalibus, ad ipsorum, vel aliorum quorumcumque fauorem, propria S. R. E. Cardinalium manu firmatis, pro ipsis, vel aliis factis, & de quibus iidem S. R. E. Cardinales testimonium in scriptis præbuerunt. *Exceptio de quib. in Rubr. similiter dicitur.*

§. 3. Decernentes, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quòd quicumque in præmissis interesse habentes, seù habere prętendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seù alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, ad ius, vel controuersiam reuocari, ad terminos iuris reduci, aut aduersus illas, quodcumque iuris, gra- *Clausularū præseruatiuarū adiunctio.*

tiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Clausula sublata. §. 4. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria. §. 5. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Ordinibus, Societatibus, & Congregationibus prędictis, eorumque Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, & aliis Superioribus prædictis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quęuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma adhoc seruanda foret, tenore huiusmodi, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides. §. 6. Volumus autem, vt præsentium transumptis,

etiam

etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, quę pręsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

§. 7. Quodque eædem pręsentes litteræ, seu illarum exempla ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florę affixæ, omnes ita arctent, & afficiant, ac vnicuique personaliter intimatę fuissent. *Publicatio in Vrbe omnes ligare decernit.*

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die ij. Iulij M. DC. XXII. Pontificat. nostri Anno Secundo. *D. P. A. 2. die 2. Iulij.*

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indictione quinta, die verò prima mensis Septembris, Pontificat. Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papa XV. anno eius Secundo: retroscripta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octauius Spada Magister Cursorum.

Rel. vt sup. §. 9. fol. 39.

VRBANI VIII. CONSTITVTIO CIX.

Extensio Constitutionis rec. mem. Gregorij Papæ XV. reuocatoriæ concessionum viuæ vocis oraculo factarum.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita Ann. D. 1631. Greg. 15. edidit Const. de hac materia, quam vide sup. fol. 84.

ALias fel. rec. Gregorius Papæ XV. Prædecessor Noster, vt subnascentibus iugiter varijs difficultatibus, & abusibus ex priuilegiis à Sede Apostolica, viuæ vocis oraculo, sępe numerò cōcessis obuiam iret, Constitutionem edidit tenoris subsequentis, videlicet. GREGORIVS PP. XV. *Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex in specula militantis Ecclesiæ.* Residuum lege supra fol. 84.

Causa huius extensionis.

§. 1. Cum autem experientia, rerum magistra, compertum sit, cōcessiones, & gratias viuæ vocis oraculo, etiam à S.R.E. Cardinalibus obtentas, & ipsorum manu firmatas sępe ab his, in quorum fauorem emanarunt, minus canonica interpretatione extendi, & perperam, in disciplinæ Ecclesiasticæ detrimentum, executioni demandari: Idcircò, quantum cum Domino possumus, his, & alijs malis occurrere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, dequè Apostolicę potestatis plenitudine, & de consilio nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium, quibus negocium huiusmodi maturè discutiendum commisimus.

Hoc negotium nōnullis S.R.E. Cardin. commissum fuit.

Reuocatio generalis.

§. 2. Omnia, & singula priuilegia, facultates, licentias, & gratias quascumq; per Summos Pontifices Prędecessores Nostros, ac per nos, viuæ vocis oraculo, & S.R.E. prędictę Cardinalium quorumcunque manu firmata, quibuscunque Generalibus, Prouincialibus, cęteris-

terisque Superioribus, & personis cuiusuis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, siuè sęcularibus, siuè Regularibus, vel etiam ipsis Ordinibus, Congregationibus Institutis, & Societatibus, etiam Societatis IESV, aut eius Clericis, seu Presbyteris, aliisque personis prędictis, quacumque de causa, etiam de necessitate exprimenda, occasione, prętextu, vel colore, etiam intuitu, contemplatione, seù ad instantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorumcumque aut aliàs quomodolibet concessa, illorum tenores pręsentibus pro expressis habentes, tenore pręsentium, reuocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, ac de cętero reuocata, cassa, sublata, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, nulliq; prorsus deinceps suffragari posse, nec debere declaramus.

Mandatur strictè omnibus, ad quos spectat, vt de praesentibus literis certiores faciant omnes Prouinciales suorum Ordinū.

§. 3. Prætereà, vt præsentes literæ omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, quanto citius innotescant, omnibus, & singulis Generalibus, & alijs, quocunque nomine nuncupatis, Superioribus quorumcunque Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis IESV, & Institutorum, sub excommunicationis, ac priuationis officiorum, & dignitatum, necnon vocis actiuæ, & passiuæ pœnis, ipso facto, incurrendis præcipimus, & mandamus, vt infra tres menses proximos, à die publicationis præsentium computandos, omnes, & singulos Prouinciales eorumdem suorum Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis IESV, & Institutionum, de eisdem præsentibus litteris certiores faciant, earumdemque præsentium exemplaria illis transmittant, qui quidem Prouinciales sub eisdem pœnis teneantur singulis Superioribus Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorum, & locorum Regularium præcipere, vt easdem præsentes subditis suis, vt moris est, publicēt.

§. 4. Decernentes præsentes litteras, etiam ex eo,

quod,

Decernitur, ut præsentes literæ semper validæ, firmæ & efficaces existant.

quod, quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seù alio quopiam defectu notari, impugnari, inualidari, redargui, in ius, vel controuersiam vocari, aut ad viam, & terminos iuris reduci, siuè aduersus illas quodcumque iuris, gratiæ, vel remedium facti impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secùs super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Contrariorū derogatio.

§. 5. Non obstantibus preinsertis litteris huiusmodi, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, etiam regula nostra de non tollendo iure quæsito, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, eisdem Cardinalibus, ac Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, eorumque Superioribus, quocunque nomine nuncupatis, sub quibuscunque verborum formis, & ten. ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc ser-

seruanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habêtes, specialiter, expresse derogamus, cęterisq; contrarijs quibuscunque.

§. 6. Volumus autem quod præsentium, transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ pręsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque eędem præsentes litteræ, siue illarum exempla ad valuas Basilicarum prædictarum, & in acie Campi Floræ huiusmodi similiter affixa, omnes quos concernunt, perindè arctent, & afficiat, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent. *Transumptorum fidei.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 20. Decembris 1631. Pontificatus nostri anno nono. *Die publicationis A. 9. 20. Dec.*

M. A. Maraldus.

Die, & anno supradicto affixa, & publicata fuit ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateran. & Principis Apost., ac in acie Campi Floræ, alijsq; locis solitis, & consuetis, vt moris est, per me Andræā Scalmanū, S.D.N. Papæ Cur.

GREGORII XV. CONSTITVTIO XL.

Reuocatio quarumcunque licentiarum legendi, & habendi quomodolibet libros prohibitos quibuscunque personis ab omnibus, etiam Romanis Pontificibus concessarum. *Reliq. vt sup. §. 10. fol. 39.*

GREGORIVS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

APostolatus officium nobis, nullo licèt meritorum suffragio, diuina prouidentia cōmissum postulat; *Edita anno D. 1623.*

vt

vt ad ea vigilantiæ noſtræ partes propenſius intendamus, per quæ religio Catholica, vbi diuina gratia illæſa viget, conſeruetur, & vbi reſtitutione indiget, reſtituatur.

Prohibitio habēdi, & legendi libros prohibitos.

§. 1. Quapropter cum librorum prohibitorum lectio magno eſſe ſinceræ fidei cultoribus detrimento noſcatur, & ſicut accepimus licentiæ libros huiuſmodi legendi nimis excreuerint: Nos, vt huic malo maturè occurratur, & in poſterum, quàm cautiſſimè licentiæ huiuſmodi concedantur, quantum cum Domino poſſumus, prouidere volentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulas licentiàs legendi, & habendi libros quoſcumque ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem, vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuſcumque perſonis cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtentibus, etiam per litteras Apoſtolicas, ad tempus, ſeù ad vitam, & aliter quomodocumque, & ex quacumque cauſa tam per litteras in forma Breuis, quam aliter quomodocumque à nobis, ſeù prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſeù habentibus à nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem conceſſas, earum tenorem præſentibus pro expreſſis habentes, tenore preſentium reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac pro reuocatis, caſſis, & annullatis haberi, nullique in poſterum ſuffragari.

Contrauenientibus pœnas imponit.

§. 2. Quinimmò libros per licentias huiuſmodi permiſſos legentes, aut habentes, pœnas in ſacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Indicibus Librorùm prohibitorùm contentàs incurrere volumus, & declaramus.

Hanc legem Pōt. publicatam omnes legare decernit...

§. 3. Decernentes, vt præſentes litteræ, poſtquam in valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, nec non in acie Campi Floræ affixæ fuerint, infra

fra duos menses ex tunc proximos, omnes, & singulos, ad quos spectat, arctent, & afficiant, perinde, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent, quodque, dictis duobus mensibus durantibus, ij, qui libros prohibitos huiusmodi habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem, qui illos quanto citiùs comburere debeat, deferre, quique aliquos similes libros prohibitos habere sciuerint, eos denunciare teneantur, neque de cetero similes licentiæ, nisi à Congregatione Sancti Officij, quæ singulis hebdomadis coram nobis haberi solet, concedantur.

§. 4. Ac quòd earumdem presentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis; eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. *Eiusque transumptio fidē dari mādat.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 30. Decembris 1622. Pontificatus Nostri Anno secundo. *Dat. P. A. 2. die 30. Dec.*

Anno Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, Indictione sexta, die verò secunda mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. anno eius Secundo: retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octauius Spada Magister Cursorum.

Rel. vt sup. § 10. fol. 39.

VRBANI VIII. CONSTITVTIO CXIV.

Reuocatio licentiarum quarumcumque legendi, & habendis libros prohibitos.

VRBANVS PAPA VIII.

Edita an. Do. 1631.

Ad futuram rei memoriam.

Proœm.

APostolatus Officium Nobis, nullo licèt meritorum suffragio, Diuina prouidentia commissum postulat, vt ad ea vigilantiæ nostræ partes propensius intendamus, per quæ Religio Catholica, vbi diuina gratia illæsa viget, conseruetur, & vbi restitutione indiget, reparetur.

Prohibitiò habēdi, & legendi libros prohibitos; cū licentiarum reuocatione.

§. 1. Quapropter, cùm librorum prohibitorum lectio magno sincerę fidei cultoribus detrimento esse noscatur, & sicut accepimus, nimis excessiua sit huiusmodi libros legendi licentiarum copia: Nos, vt huic malo maturè occurratur, & in posterum, quam cautissimè licentiæ huiusmodi concedantur, quantum cùm Domino possumus, prouidere volentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Omnes, & singulas licentias legendi, & habendi libros quoscumque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, seù per constitutiones Apostolicas, etiam ratione Astrologiæ iudiciariæ, vel àliàs quomodolibet prohibitos, quibuscumque personis laicis, & Ecclesiasticis, tàm sęcularibus, quàm Regularibus cuiuscumque Ordinis, Societatis, & instituti existentibus, ac quacumque dignitate, etiam Ecclesiastica fulgentibus, cuiuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & præeminentiæ, etiam speciali nota, & mentione dignis,

gnis,ac per litteras Apostolicas ad tempus, seu ad vitã, & aliter quomodocumque,& ex quacunque causa,tam in forma Breuis,quàm aliter quomodocũq; à prædecessoribus nostris Romanis Põtificibus, seu à quibuscũque alijs à Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatẽ habẽtibus, non tamen à Nobismetipsis per litteras Apostolicas,etiã in forma Breuis, seu Chirographũ manu nostra signatum,concessas,earum tenores,præsentibus pro expressis,& insertis habentes,hac nostra perpetuò valitura cõstitutione,reuocamus,cassamus,e annullamus,ac pro reuocatis,cassis,& annullatis haberi, nullique suffragari.

§. 2. Quinimmò libros per licẽtias huiusmodi permissos legentes, aut habentes, pęnas in sacris Canonibus, constitutionibus Apostolicis,& Indicibus librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus. *Contrauenientibus pœnas imponit.*

§. 3. Decernentes,vt præsentes litteræ postquam in valuis Basilicarum S. Ioannis Lateranẽsis,ac Principis Apostolorum de Vrbe,& Cancell. Apostolicę;necnon in acie Campi Floræ affixæ fuerint,infra duos,citra mõtes,vltra verò montes, infrà quatuor menses ex tunc proximos, omnes,& singulos ad quos spectat, arctent, & afficiant, perinde, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent; quodque dictis duobus,& respectiuè,quatuor mensibus durantibus, ij, qui libros prohibitos huiusmodi habuerint, eos ad Episcopum,seu Inquisitorem, qui illos quãto citiùs comburere debeat, deferre; quique aliquos similes libros prohibitos habere sciuerint,eos denunciare teneantur, neque de cetero similes licentiæ, nisi à Congregatione Sancti Officij, dum singulis hebdomadis cõram nobis habetur, vel ab alijs per nos, etiam in eadem Congregatione specialiter deputandis concedantur. *Hanc legẽ Pont. publicatam omnes ligare decernit.*

§. 4. Ac quòd earumdem præsentium transumptis, etiã impressis,& manu alicuius Notarij publici subscriptis,& sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadẽ prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur,si forent exhibitæ,vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 2. Aprilis 1621. Pontif. nostri anno 8. *Transũptorum fides.* *Dat P. A. 8. die 2. A.*

Die,& Anno supradicto publicata fuerunt supradicta litera,

tera, per earum affixionem ad valuas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, alijsque locis solitis, & consuetis, vt moris est, per me Andream Scalmanum Sanct. D.N. Papæ Cursorum.

Rel. vt sup. §. 11 fol. 39.

VRBANI VIII. CONSTITVTIO XXXVII.

Diffinitio quoad Imagines nondum à Sede Apostolica Canonizatorum, vel Beatificorum cum radijs, splendoribus, & laureolis proponendas, vel tabellas, & luminaria ad eorũ sepulchra apponẽda, & cum attestationibus, desuper proponendis, recipiẽda, & obseruãda, siue eorũ miracula in imprimẽdis libris enarrãda.

Feria v. die 13. Martij Anno a Natiuitate D.N. Iesu Christi, MDCXXV.

In Generali Congreg. S. R. & Vniuersalis Inquisit habita In Palatio Apost. in Vaticano coram S. D. N. D. Vrbano diuina prouidentia Papa VIII. ac Illustr. & Reu. DD. S. R. E. Cardinalibus, aduersus hereticam prauitatem, Inquisitoribus Generalibus à S. Sede Apostolica specialiter deputatis,

VRBANVS PAPA VIII.

Eedita A. D. 1625.

SAnctiss. D.N. solicitè animaduertens abusus, qui irrepserunt, & quotidie irrepere non cessant in colendis quibusdam, cum Sanctitatis, aut Martyrij fama, vel opinione defunctis, qui, & si neq; Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti sint, ab Apostolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratorijs, atque Ecclesijs, alijsque locis publicis, ac etiã priuatis, cum laureolis, aut radijs, seu splendoribus proponuntur, miracula, & reuelationes, aliaq; beneficia, à Deo per eorũ intercessiones accepta, in libris rerũ, ab ipsis gestarum enarrãtur, & ad illorũ sepulchra tabellę, imagines, & res alię ad beneficia accepta testificãda, & lãpades, & alia lumina apponũtur.

Prohibitio vbiq; proponendi imagines cum laureolis radijs, vel splẽdoribus.

§. 1. Volensque proinde huiusmodi abusibus, pro debito officij pastoralis, occurrere; re etiam cum Illustriss. & Reuerendiss. DD. Cardinalibus, contra hæreticam prauitatem, in vniuersa Republica Christiana, gener. Inquisitoribus cõmunicata, & maturè considerata, & discussa, declarauit, statuit, & decreuit, ne quorumuis hominum cum sanctitatis, seù martyrij fama (quantacumque illa sit)

sit) defunctorũ Imagines, aliaque prædicta, & quodcũq; aliud, venerationem, & cultum præseferens, & indicans, in Oratorijs, aut locis publicis, seù priuatis, vel Ecclesijs tàm secularibus, quàm Regularibus, cuiuscunque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apostolica Sede Canonizentur, aut Beati declarētur, & (si quæ apposita sunt) amoueantur, prout statim amoueri mandauit.

§. 2. Ac pariter imprimi de cętero inhibuit libros eorūdem hominum, qui Sanctitatis, siue Martyrij fama, vel opinione (vt prætertur) celebres è vita migrauerint, gesta, miracula, vel reuelationes, seù quæcunque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoscendis Theologos, aliosq; pios ac doctos viros in consiliū adhibeat, & ne deinde fraus aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tā graui committatur, negotium instructum ad Sedē Apostolicā transmittat, eiusq; responsum expectet: Reuelationes verò & miracula aliaq; beneficia supradicta quæ in libris, horū hominū vitam & gesta cōtinentibus, hactenus sine recognitione atq; approbatione huiusmodi impressa sūt nullo modo approbata cēseri vult, mandatq; S. Sāctitas. *Libros etiā ista continentes imprimendi.*

§. 3. Ad horum hominum sepulchra, vetuit etiam, ac inhibuit, Tabellas, atque Imagines, ex cera, aut argento, seù ex alia quacunque materia, tam pictas, quàm fictas, atque exculptas appendi, aut affigi, & lampades, siue alia quæcunque lumina accendi, sine recognitione ab Ordinario omninò, pro vt suprà facienda, Sedique Apostolicæ referenda, ac probanda. *Tabellasque imagines, & luminaria ad eorū sepulchra aponendi.*

§. 4. Declarans, quòd per suprascripta, præiudicare in aliquo non vult, neque intendit ijs, qui, aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumq; Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij, coluntur. *Declaratio in prædictis.*

§. 5. Vt autem præmissa diligentiùs obseruentur, vniuersis, ac singulis, tā Ordinarijs, quàm hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, districtè præcipit, vt in sua quisq; Diœcesi, *Executorum deputatio.*

vel Prouincia sedulò peruigilēt,ne sine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliavè contra superius disposita, fiant.

Pœnarũ in Impressores impositio. §. 6. Transgressores verò, si Regulares fuerint priuationis suorum officiorum, ac vocis actiuæ,& passiuæ,necnō & suspensionis à diuinis: si verò Clerici sæculares, priuationis pariter suorum officiorum,suspensionis à diuinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum ordinum,respectiuè, alijsque arbitrio prædictorum Ordinariorum,seù Inquisitorum,pro modo culpæ, infligendis pœnis plectendo.

Et signãter Impressores. §. 7. Qui autem libros impresserint,aut Imagines pinxerint, seù sculpserint, seù quoquomodo effinxerint, vel formauerint, cœterique artifices circa præmissa qualitercunque delinquentes,prædicta omnia amittant,& insuper pecuniariis; aliisque, etiam corporalibus pœnis, iuxta criminis grauitatem, eorumdem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur.

Derogatio cōtrariorum. §. 8. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Efficacia publicationis factæ Romæ. Fides trãsũptorij. §. 9. Et ne præmissorum ignorãtia possit ab aliquo prætendi voluit, vt Decretum huiusmodi, seù illius exemplũ ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum Vrbis, ac in acie Campi Floræ affixum omnes perindè arctet, atque afficiat, ac si vnicuique personaliter intimatum fuisset.

§. 10. Quodque præsentium transumptis,etiam impressis, & manu Notarii subscriptis,ac sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ,vel ostensæ.

Io: Antonius Thomasius S.R. & vniuersalis Inq. Not.

Anno millesimo sexcentesimo vigesimoquinto Indict. viij. Pontificatus S.D.N. Domini Vrbani, diuina prouidẽtia Papæ viij. Anno eius secundo, die verò quarta Mensis Aprilis, supradictum Decretum affixum, & publicatũ fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brãdimartem Latinum Sanctissimi D.N. Papæ Curs.

Octauius Spada Mag. Curs.

VRBA-

VRBANI VIII. CONSTITVTIO L.

Prohibitio ne degētes in Statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè Sedi Apostolicæ subiecto libros ab eis vbicumque compositos de quacumq; materia tractantes, absque Cardinalis Vicarii, & Magistri Sacri Palatii in Vrbe, extra eam absque Ordinarii, & Inquisitoris loci licētia deferant, aut imprimendos transmittant. *Rel. vt sup. §. 12. fol. 35.*

Feria 5. Die 18. Septembris M DC XXV. *Edita A. D. 1625.*

In Generali Congreg. S. Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apost. Montis Quirinalis coram S. D. N. D. Vrbano diuina prouidentia Papa Octauo, ac Illustrissimis, & Reu. DD. S. R. E. Cardinalibus aduersus hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

SAnctissimus D. N. pro debito sui pastoralis officii corrigere volens abusus nōnullorum in Statu Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subiecto exiſtētium, qui libros à se compositos extra præfatum Statum absq; vlla Ordinariorum, & Inquisitorum loci, vbi degunt, approbatione, imprimendos transmittunt: statuit & decreuit, vt in posterum nemo in Statu prædicto degens, cuiusuis conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis existat, libros de quauis materia tractātes, & vbicumque compositos audeat aliò deferre, vel mittere imprimendos, sine expressa, in scriptis approbatione Illustrissimi, & Reuerēdissimi D. Cardinalis Sanctiss. D. N. Vicarii, & Magistri Sacri Palatii si in Vrbe, si verò extra Vrbem existat sine Ordinarii, & Inquisitoris loci illius, siue ab iis deputatorum facultate, & licentia operi præfigenda. *Prohibitio sequi in rubr*

§. 2. Libros autem, quos contra præsentis decreti tenorem imprimi contigerit præter alias pœnas arbitrio suæ Sanctitatis infligendas, absque alia declaratione, ex nūc prohibet, & pro expressè prohibitis haberi vult & mandat Contrariis quibuscunque non obstantibus, &c. *Impositio panarū.*

Io: Antonius Thomasius Sanctæ Romanæ Vniuersalis Inquisitionis Notarius.

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Ind. octaua,

Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius tertio; Die vero tertia Mensis Octob. supradictæ litteræ Apostolicæ, siue Decretum affixum, & publicatum fuit in acie Cāpi Floræ, et alijs locis solitis Vrbis, per me Brādimartē Latinū Prælibati Sāctiss. D.N. Papæ, & Sac. Rom. Inquis. Cursorē.

Relig. vt sup. §. 13. fol. 39.

VRBANI VIII. CONSTITVTIO CXVII.

Sanctissimi D.N. Vrbani Papæ viij. declaratio, quod Cōstitutiones Apostolicæ, in concernentibus Fidem Catholicā, & Sanctæ Inquisitionis Officium hactenus editæ, & in posterum etiam super quacunque alia re edendæ, omnes Regulares quomodolibet priuilegiatos comprehendant, nisi illi in edendis specialiter excipiantur.

Vrbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno D. 1631. Exordiū

CVm, sicut accepimus, S. Benedicti, Cistercienſis, Præmonstratenſis, S. Antonij de S. Antonio Viennensi, Societatis Iesu, ac aliorum forsan Ord. Congreg. Societatum, & Institut. Regul. Professores, vigore, seu prætextu priuilegiorum, & indultorum sibi dictisq; Ordinibus, Congreg. Societatibus, & institutis, ab hac sācta Sede Apostolica, tam per viā meræ concessionis, quam communicationis etiā Motu proprio, & ex certa scientia deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiā consistorialiter, concessorum, in cōstitutionibus generalibus à Nobis, & dicta Sede hactenus editis, & de cetero edēdis, se minimè comprehendi prætendant, nisi de eis specialis, specifica, indiuidua, & expressa mentio fiat.

Causa huius constit.

§. 1. Nos, qui inter grauissimas, multiplicesque Apostolatus nostri curas, in eam præcipuo, ac peculiari studio iugiter incumbimus, vt extirpatis hæreticarum prauitatum erroribus, Catholica Fides vbiq; gentium conseruetur, & propagetur; ambiguitates, & dubia de medio tollere, & opportunę dispositionis ministerio prouidere volentes, vt tot, tantæque Cōstitutiones generales à nobis, & hac sancta Sede, & præsertim ad fauorem Fidei Catholicæ, illiusq; propagationem, & Officij S. Inquisitionis contra hæreticam prauitatem editæ, & de cetero edendę sublatis quibuslibet exceptionibus, subterfugijs, & impedimētis, ad maiorem Dei gloriam, sanctęq; Matris

tris Ecclesiæ exaltationem debitum, vt par est, sortiatur effectum, necnon quorumcumq; priuilegiorum, gratiarum, & indultorum, dictis Ordinibus Congreg. Societatibus, & Institutis, cū quibusuis clausulis, & decretis, etiā quantumlibet extraordinarij, & cautelis quomodolibet, & ex quacumq; causa concessorum, etiamsi in corpore iuris clausa sint, tenores, præsentibus, ac si de verbo ad verbum, nihil pænitus omisso, & forma in eis tradita obseruata inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deq; Apost. potestatis plenitudine.

§. 2. Quod quæuis generales constitutiones, dispositiones, & ordinationes Apostolicæ, per Nos, & quoscumq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, in concernentibus Fidem Catholicam, illiusq; propagationem S. Inquisitionis officium præfatum, præsertim quoad ea, quæ in Congreg. S. Officij & de propaganda fide, coram Nobis tractari solent, hactenus editæ, omnes, & singulos tam S. Benedicti Cisterciensis, Præmostratensis, S. Antonii de S. Antonio Viennensis, & Societatis Iesu præfatorum, quam quorumcunq; aliorum Ord. congregationū societatum, & Institutorū professores omninò comprehendant, perinde, ac si præfati, & alii quantumlibet priuilegiati, in eis nominatim expressi fuissent; edēdæ verò in posterum per nos & Romanos Pontifices successores nostros, tam in fauorem præfatæ Fidei Catholicæ, illiusq; propagationis, & S. Officii Inquisitionis præfati, quam super quacumque alia re, negotio, seu materia, constitutiones dispositiones, & ordinationes huiusmodi similiter omnino comprehendant præfatos eorumdem ordinum, congregationum, societatum, & Institutorum professores, nisi in edendis constitutionibus huiusmodi specialiter, & expresse excipiantur, etiam si ipsi priuilegiati forent magis speciali nota, & expressione digni, eisque priuilegia, gratiæ, & indulta à Sede Apostolica præfata, etiam sub quibuscumq; tenoribus, & formis, ac cū quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritatibus, & aliis decretis, etiam Motu, scientia, ac de potestatis plenitudine

Declaratio, quod constitutiones Apost. in concernentib. fidem Catholicam, & officium S. Inquis. comprehendant omnes regulares, quomodolibet exēptos.

dine similibus, & consistorialiter, etiam contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, tam per viam meræ concessionis, quam cõmunicationis, & alias quomodolibet concessa respectiuè sint, quorum, seu quarum vigore, vel prætextu sint excepti, seu se minimè comprehendi prętendant in constitutionibus generalibus, vel alijs non facientibus plenam, & expressam eorum mentionem.

Iubatur, vt præsẽtes litteræ, numquam de subreptione, vel obreptione, vel alio vicio impugnari possint.

§. 3. Præsentes verò litteras, omniaque, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum huiusmodi professores, vel alij quicunque in præmissis interesse habentes, seu quomodolibet habere prætendentes ad hoc vocati, & auditi, ac causæ propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, seu alias iustificatæ non fuerint, vllo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quouis, etiam quantumuis substantiali defectu notari, impugnari, inualidari, retractari, in ius, vel controuersiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci, aut aliud quodcunque iuris facti, gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrari nullatenus posse, neque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, pro tempore quomodolibet facientibus, comprehendi.

Præcipitur, vt præsens constit. semper valida, & firma maneat.

§. 4. Sed semper ab illis exceptas, semperque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inuiolabiliter obseruari, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, qualis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 5. Non obstante regula nostra, de iure quæsito non tollendo, ac quibusuis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: necnon tam S. Benedicti Cisterciẽsis, Præmonstratensis, S. Antonii de Sãcto Antonio Viennensis, & Societatis Iesu præfatorum, quam quorumcũque aliorum Ordinum Congregationum societatum, & institutorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, & priuilegiis, nec non præfatis, & quibusuis aliis priuilegiis, indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mare magnum, & alias quomodolibet nuncupatis, eisdem ordinibus cõgregationibus, societatibus, & institutis, eorumque superioribus bonis, rebus: Monasteriis, locis regularibus, & personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda: aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis, habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus: cœterisque contrariis quibuscunque. *Contrariorum ampla derogat.*

§. 6. Volumus autem; quod præsentiũ transumptis, etiã impressis, manu alicuius Notarii publici suscriptis; & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ munitis: eadẽ prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus; si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodq; eædẽ præsentes litteræ, seu illarum exempla ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorũ de Vrbe, & in acie Cãpi Floræ affixæ, omnes ita arctẽt, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissẽnt. *Transũptorum fides.*

Datum

Datũ Romæ apud S.Mariam Maiorem, sub Annulo Pisc. die 5.Nouẽb.1631.Pontificatus Nostri anno nono.

M.A.Maraldus.

Dies publicationis, 5. Nouem. 1631.

Die, & Anno supradicto affixæ, & publicatæ fuerunt supradictæ litteræ ad valuas Curiæ, & Cameræ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, & alijs locis solitis, & consuetis, vt moris est, per me Andræam Scalmanum S.D.N. Papæ Curs.

Decretum Sacræ Congregationis Sanctæ Inquisitionis. *De tempore legendi Constitutionem Vrbani viij. circa publicationem decretorum ad S.Officium spectantium*

Feria V. die vndecima Februarij 1638.

Tempus legendi constit. Apost. determinatum pro fer.6.post festum Assump. extendit ad totũ residuũ mensis Augusti.

IN Generali Congregatione S.Romanæ, & vniuersis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico, apud Sãctum Petrum, coram S.D.N.D.Vrbano diuina prouidentia Papa VIII.ac Eminentiss.& Reuerendiss. Dominis S.R.E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam prauitatem Inquisitoribus generalibus a S.Sede Apostolica specialiter deputatis.

Lecto Memoriali Procuratoris Gen. Canonic.Regul. Lateranensis, petentis extensionem diei, præfixi in constitutione Sanctissimi, emanata anno 1633. circa publicationem faciendam constitutionum Apostolicarum, & Decretorum ad Sanctum Officium spectantium; Sãctissimus, tempus, in dicta cõstitutione determinatum pro Feria sexta post Festum Assumptionis Sanctissimæ Virginis, extendit per totum residuum mensis Augusti, quã gratiam omnibus Regularibus suffragari voluit.

Ioan.Antonius Thomasius S.R.& vniuersalis Inq.Not.

Decreta Generalia Clem. VIII. de Regularium Reformatione, de Recept.Professione, & Inst.Nouitiorum.

SVb pœna priuationis omnium officiorum vocisque actiuæ, & passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda bis in singulos annos legenda, diebus à Superiore designandis. *Ex decr. Sacræ Congreg. de Apostatis, & Elect. vt infra* §.8.

Edita anno D. 1596.

De Nouitijs ad habitum Regularem, & professionem non admittendis, nisi in Conuentibus designandis.

CLEMENS PAPA VIII.

Regularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimũ,

iuxta

iuxta nostri muneris debitum laborare non desistimus, illud in primis magnũ impedimentum afferre, quod quotidiano vsu compertum est, quod in omnibus Conuentibus, iis præsertim, qui maiori reformatione indigent, singuli ad Religionem venientes passim recipiuntur: vnde fit, vt quo magis non variis constitutionibus malè affectas radices amputare studeamus, eò magis in dies deprauata, infructuosaque eiusmodi nouiter profitentium germina succrescant.

Causa ob quam deprauantur religiones.

§. 1. Cui quidem malo occurrere volentes, præsenti decreto statuimus districtèq; præcipimus omnibus Generalibus, Prouincialibus, Cõmissariis, Ministris, cæterisq; Superioribus Conuentuum, in Italiæ, & Insularum adiacentium fines existentium, quibuscumque, & quorumcumque Ordinum Mendicantium, vt de cætero neminẽ sub quouis prætextu, aut colore, ad habitum regularem admittant, nisi in Conuentibus auctoritate nostra propediem in vnaquaque Prouincia designandis.

Cui vt prouideat hic Pont. Nouitios in locis destinãdis tantum recipi mandat.

§. 2 Insuper sancimus, vt quoad eiusmodi Conuentus, vt præfertur, per nos deputati nõ fuerint omnes prefatorũ Ord. Superiores à receptione quorumcumq; nouitiorũ, siue ad habitũ, siue professionem, omnino obstineãt.

Et vsque ad deputationẽ non recipiantur.

§. 3. Superior, qui huius decreti trãsgressor extiterit, ipso facto pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque actiuæ, & passiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia in posterum obtinẽda se nouerit incurrisse, ac alijs etiam pœnis arbitrio nostro subiaceat.

Recipientiũ pœna.

§. 4. Receptiones verò, & professiones quaslibet eorũ, qui contra huiusmodi decretũ nostrum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ex nũc decernimus, & declaramus.

Receptionum nullitas.

§. 5. Priuilegijs, statutis, & consuetudinibus quibuscunque in contrarium minimè obstantibus.

Contraria non obstant.

Datum Romæ, die 12. Martij 1596.

Innouatio, & ampliatio supradicti Decreti de Nouitijs non recipiẽdis nisi in Conuentibus ab Apost. Sede designãdis.

SAnctissimus in Christo P. & D. N. D. Clem. diuina prouidentia Papa VIII. cum iamdudũ animaduerteret, collapsæ regularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimum, iuxta sui muneris debitum, vigilare, ac laborare

non

non desistit, illud in primis magnum impedimentum afferre, quod in omnibus Monasterijs, & Cōuentibus ijsq; præsertim, qui maiori indigent reformatione, singuli ad Religionem profitendam accedentes passim, ac sine delectu recipiuntur, ac inde fieri, vt quò magis varijs constitutionibus malè affectas radices euellere studet, eò magis infructuosa nouiter profitētium germina quotidie succrescant: Cumque ob zelum, ac desiderium, quo tenetur Sanctitas Sua, omnes Regulares ad vetus suę cuiusque Religionis institutum redigendi, districtè prohibuerit, ne quis, incertis Monachorum, & Mēdicantium Ordinibus, ad suscipiendum habitum Religionis, admitteretur, profitereturvè, quousque Monasteria, & Conuentus aliquot destinarentur, in quibus posset commodiùs regularis obseruantia: secundùm reformationem à Sanctitate sua institutam introduci.

§. 6. Quia tamen nō obstante tali prohibitione, cognouit, nonnullos fuisse, vel sub colore facultatis, & licentiæ à Sanctitate sua obtentæ, vel quia talis prohibitio ad illorū notitiam non peruenerit receptos, & admissos præter mentis suæ sensum; Idcircò huic malo prospicere volēs, ne licentiarū, ac facultatum huiusmodi subreptione: ac prætextu, decretū Sanctitatis suæ irritum reddatur, nūc denuò districtè præcipit; ac mādat omnibus Generalib. Prouincialibus, Cōmissariis, Ministris, Præsidētibus, Abbatibus, Prioribus, & Guardianis quibuscunq; cęterisque Superioribus Conuentū, Monasteriorum, ac domorum, quocumq; nomine appellentur intra Italiam, & Insularū adiacentium fines existentiū, quorumcumque Ord. Mēdicantium, & non Mendicantium (exceptis tamen Carthusianorum: Fratrū Minorum de strictiori obseruātia, necnon Capuccinorū S. Frācisci, Reformatorum S. Dominici, Discalceatorum Ord. Carmelitarū, necnon Fratrum Congreg. Fuliēsis Cisterciensis Ordinis, ac Eremitarum Eremi Camaldulensis, & Montis Coronæ, Clericorum Regularium, Theatinorū, Societatis Iesu: S. Pauli decollati, & aliorum de Somascha, Ministrorum infirmorū, respectiuè, Ordinibus, Societatibus, seu Congregationibus nuncupatis, quæ etiā antea exceperat, & nūc iterum

iterum excipienda voluit, prohibitionem hanc ad illa nullo modo extendi.) Ne sub cuiusuis licentiæ, facultatis impetratæ, vel impetrandæ obtentu, nisi per literas in forma breuis dumtaxat, & nō alias, quemquam ad habitum Regularē suscipiendum, nec etiam conuersos, nisi in Cōuentibus, Monasterijs & domibus, auctoritate eiusdem S.D.N. propediē in vnaquaque Prouincia designādis, recipere, aut receptos ad professionē admittere vllo modo audeant; Quinimò contra primam prohibitionem Sāctitatis suæ receptos, etiamsi imperfectum habitū, aut sine caputio gerant, post præsentis decreti in Romana Curia publicationem, omninò eijcere debeant.

§. 7. Superiorem autem, qui huius decreti transgressor extiterit, ipso facto pœnam priuationis omniū officiorum, quæ tunc obtinebit, vocis actiuæ, & passiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda, eo ipso incurrere voluit, ac decreuit, & alijs etiam pœnis, arbitrio Sanctitatis suæ imponendis subiacere. *Apponit pœnas cōtrafacientibus.*

§. 8. Receptiones verò, & professiones quaslibet eorū, qui contra huiusmodi decretum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ad quemcumque effectum ex nunc decernit, & declarat. *Professiones cōtra hanc formā factæ nullæ sūt.*

§. 9. Hoc autem decretum noluit Sanctitas sua eos Ordines comprehendere, qui Conuentus, domos, & Monasteria à se probata pro Nouitiorū receptione, & educatione hactenus, permissione sua, constituerint. *Nō comprehēdit Conuentus, qui habent Nouitiatus designatos.*

§. 10. Cæteras verò licentias, siue particulares, quæ in hanc diē effectum non sunt sortitæ, reuocat, & annullat. *Reuocat licentias particulares.*

§. 11. Vult autem, decretum hoc suum in solitis locis Vrbis publicatum, ita prædictorum singulos afficere, ac si cuilibet personaliter fuisset intimatum, Priuilegiis, statutis, & constitutionibus quibuscunque in contrarium minimè obstantibus. Datum Romæ, apud Sanctum Marcūm, die 20. Mensis Iunii 1599. *Forma publicandi, cum derogatione cōtrariorū.*

Decreta pro reformatione Regularium, tam Monachorū, quam Mendicantium cuiuscumque Ord. & Instituti.

CLEMENS PAPA VIII.

§. 1. NVllus omninò prætextu cuiuscumque priuilegii, vel superioritatis, etiam Generalatus, à

Nullus ab officio chori sit immunis seruitio chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprii officii munere, actus fuerit occupatus. Cũ *Cum Lectoribus, Prædicatoribus, & ægrotis potest dispensari;* Lectoribus autem, & Prædicatoribus, Superiores, iis tãtum diebus, quibus eos legere, aut prædicare cõtigerit, dispensare possint; idem quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorũ causa legitimè impeditis. In eos verò, qui negligentes, aut inobediẽtes fuerint, salutari pœnitentia Superiores animaduertant, ad præscriptũ Regulæ & cõstitutionũ, alimenti etiã, si opus fuerit, subtractione.

Lectio scripturæ, vel casuum bis in hebdomada. §. 2. Lectio sacræ Scripturæ, vel casuum conscientiæ bis in hebdomada, præscriptis diebus, in singulis Monasteriis, & Conuentibus habeatur, ad quam fratres omnes conueniant, eaque absoluta: mutua collatione, circa explicatam doctrinam se se vtiliter exerceant.

Paupertatis votum obseruetur. §. 3. Quò Tident. Concilii decreta de paupertatis voto, custodiendo fideliùs obseruentur, præcipitur, vt nullus ex fratribus, etiãsi Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniã, prouentus, census, eleemosynas, siue ex concionibus, siue ex lectionibus, aut pro missis, tam in propria Ecclesia quàm vbicumque celebrandis aliouè ipsorum iusto labore, & causa, & quocumque nomine acquisita; etiamsi subsidia consanguineorum aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tãquam propria, aut etiam nomine Conuentus possidere possit, sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conuentui incorporentur, atq; cum cæteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac prouentibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

Superiores cõtra prædicta non dispensent. §. 4. Neque Superioribus, quicumque illi sint, vllo pacto liceat eisdem fratribus, aut eorũ alicui bona stabilia, etiã ad vsumfructũ, vel vsum, administrationem, aut cõmendam, etiam depositi, aut custodiæ nomine concedere.

Ad vsũ concessis, vt propriis non vtatur. §. 5. Eorum verò, quæ ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat vt proprium, neque vt proprio vtatur.

Pœna cõtrafacientibus. §. 6. Qui in præmissorũ aliquo deliquerit, pœnas, nedum à Conc. Tridentino præscriptas, sed alias quoque multò grauiores Superiorum arbitrio imponendas, incurrat.

§. 7. Nulla quorumcumq; Superiorum dispensatio, nulla licen-

licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia, fratres excusare possit, quominus culpæ; & pœnæ, ab eiusdem Concilii decretis impositæ, & ipso facto incurrendæ, obnoxij sint, etiamsi Superiores asseuerent, huiusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse, quibus, in ea re fidem minimè adhiberi volumus. *Prælat dispensatio cotra prædicta, à pœnis non excusat.*
§. 8. Fratrum vestitus, & suppellex cellarum ex communi pecunia comparetur, & omninò vniformis sit fratrū; & quorumcumque Superiorum, statuique paupertatis, quā professi sunt, conueniat, ita vt nihil superflui admittatur, nihil etiam, quod sit necessariū, alicui denegetur. *Vestitus, & supellex cellarum vniformis, denturq; fratribus necessaria.*
§. 9. Quæcumque fratrum vestes, siue laneæ, siue lineæ, omnisque alia suppellex in aliquem commodum Conuentus locum deferantur, ibique ab vno, vel duobus fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, vt inde Superioris arbitrio, prout vnicuique opus fuerit, subministrari opportunè possint. *Omnia vestimēta in cō. muni loco. afserentur.*
§. 10. Omnes etiam Superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obsonio, siue eadem (vt aiunt) pitantia in cōmuni mensa, prima, vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur, neque singulare aliquid, quo priuatim quisq; in cibum vtatur, vllo modo afferri possit. Si quis ea in re peccauerit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem, & aquam. *Victus omnibus etiam Superiorib: sit æqualis.*
§. 11. Superiores omnes etiam Generales, qui redditus, aut præstationes peculiares ratione officiorum habent; eorum accepta, & expensa in libro distincto fideliter: & diligenter annotari curent, neque in alios vsus, quam ratione officii sui necessarios, quicquam expediant. Cū verò contigerit, ipsos in aliquo Conuentu commorari, eam pecuniæ quantitatem in communem conferant, ex qua sibi, & iis, qui secum erunt victus ad præscriptum Regulæ, & constitutionum suppeditetur. *Superiorū prouisiones in libro scribantur, & solum ratione officij expēdātur.*
§. 12. Nullus ex Superioribus locorum administrationē bonorum, aut aliarum rerum, dispēsationemque pecuniarum, & redditūum sui Conuentus etiam nomine Cōuentus, per se ipsum habere, siue exercere possit, sed vniuersum id onus tribus fratribus eiusdē Conuentus à Generali ita demandetur, vt vnus rerum, & bonorum, redituum- *Administratio bonorū cōu. trib: fratribus demādetur.*

dituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat, alter tamquam depositarius pecunias, ac cætera ab illo collecta, & exacta fideliter asseruet; alius de pecuniis, & rebus à depositario acceptis Priori, & fratribus, ac cõuentui vniuerso de necessariis, mandante tamẽ ipso Priore, non secundum propriũ affectum, sed iuxta charitatis regulam, veluti bonus dispensator, prouideat, officiorum huiusmodi confusione penitus interdicta.

Hi tres singulis mensibus rationẽ reddant. §. 13. Cœterum hi tres, tam impensi, quàm accepti singulis mensibus Superiori locali adhibitis etiam duobus, vel tribus fratribus eiusdem Conuentus probatioribus, rerumque vsu peritis, rationem reddant: Deinde ipsimet rursus, præsentibus Priore, & peritis prædictis, Generali, vel Visitatoribus, cum aduenerit; denique ipse Generalis, vel Visitatores in quolibet proximo Capitulo generali, saltem coram tribus iudicibus, ab ipso Capitulo ad hoc constitutis, illorum omnium, vniuersæque suæ administrationis, tam publicæ, quam priuatæ rationem reddere teneantur, cuius etiam exemplum authenticum exactis Capituli extrahatur, ad hoc, vt ad omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicę Romam transmitti possit.

Tot fratres in locis degãt quot possunt sustentari. §. 14. In vnoquoque Conuentu fratrum is tantùm deinceps constituatur, & in posterum retineatur numerus, qui ex redditibus illius proprijs, vel ex communibus consuetis, vel etiam singularum eleemosynis, alijsue quibuscumque obuentionibus in commune, vt præfertur; conferendis, commodè possit sustentari; redditus verò, & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asseruentur.

Hæc decreta declarare non possunt Superiores. §. 15. Superioribus autem, ne Concilij Tridentini aut hæc nostra decreta declarare, interpretari, aut relaxare vllo modo possint, omninò interdicimus, & prohibemus. Decernentes iritum &c. Si quis autem contra pręsumpserit attentare, is eo ipso omni gradu, officioque priuatus, & ad ea perpetuò inhabilis existat.

§. 16. Nullus, nisi actu legat, vel prædicet, aliquo sui gradus priuilegio gaudeat.

§. 17. Si alicui ex necessaria causa. Generalis iu-

dicio

dicio probanda, socius ex eodem Ordine, qui illi ministret concedendus erit, is, nisi vigesimumquintum agat annum, & qui communi seruitio sit deputatus, non concedatur, &, si commodè fieri potest, sit laicus conuersus.

Lectores priuilegiis nõ gaudent nisi actu legant. Socij dandi conuersi sint 25. annorũ.

§. 18. Vt omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, Conuentus clausura perpetuò, ac diligenter seruetur, ac propterea à Superiore ianitor constituatur, qui diligentia, ac morum integritate maximè commendetur; is ianuę custodiendæ semper assistat, eamque nemini fratrum aperiat, nisi socium, & exeundi licentiam obtinuerit.

Ianitor eligatur.

§. 19. Nullus à Conuentu egredi audeat, nisi ex causa, & cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, qui non petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eundem sæpius; licentiæ verò generale exeundi nulli omninò concedantur.

Nullus absque licentia egrediatur.

§. 20. Contrauenientes autem pœna graui, etiam carceris, ad Superioris arbitrium, plectantur; eadem etiam ianitor subeat si sciens exeundi facultatem fecerit.

Contrauenientes pœna graui puniãtur.

§. 21. Cum autem quis in Conuentum reuertitur, Superiorem iterum adibit, benedictionem recepturus, quia à socio itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.

Cum reuertentur, benedictionem petant.

§. 22. Nullos fratres Romam venire Superiores permittant, nisi priùs à Generali, vel Protectore dumtaxat licentiam, in scriptis, impetrauerint.

Romam petere nemo potest.

§. 23. Si quis autem sine huiusmodi facultate Romam venire præsumpserit, voce actiua, & pasiua biennio priuatus existat, subiturus etiam alias, arbitratu Superiorum, infligendas pœnas; Quę item omnia

Pœna contrafacientibus.

K aduer-

aduersùs eos, qui supradictos admiserint, & receperint, sine vlla exceptione, locum habeant.

Vnica claue oẽs cella apẽriantur. §. 24. Habeat Superior clauem ita fabrefactam, vt, cum sibi videbitur, cellas omnes reserare possit;& propterea nullus cellam, etiam noctu, ita claudat, quin semper à superiore posſit aperiri.

Lampas in dormitorio luceat. §. 25. In medio dormitorii totam noctem lampas colluceat.

Nullus duas cellas, nisi Superiores, habeat. §. 26. Nullus, etiam Superior, cellas, siue in claustro, siue alibi separatas à communi dormitorio habeat, sed vnusquisque vnica cella, eadem cum cœteris aliorum fratrum coniuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto, & mensa humilibus, vniformique supellectili, vt præfertur,quemadmodum Religiosos decet,contentus sit; posſit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conuentuum, si eorum muneris, & officii necessitatem id exigere cognouerit, alteram etiam cellam concedere.

Cellæ extra dormitoriũ prohibentur. §. 27. Cellæ, siue ædiculæ, quæ extra dormitorium separatim sunt, ad officinas, aut aliàs ad communem vsum, & commoditatem Conuentus redigantur.

Singuli lectum habeant. §. 28. Singillatim suo quisque lecto cubet, neque vllibi duo eodem lecto dormire posſint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

Camini non permittuntur, nisi Superioribus. §. 29. In priuatis cellis nulli camini permittantur, sed omnes obstruantur statim, cardinibus etiam è parietibus conuulsis, vt res illa, non ad tempus facta, sed perpetuò duratura videatur; cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

Conuentus fenestræ quomodo Regulari debeant. §. 30. Conuentus fenestræ omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum ędes prospiciunt, muro ita obstruantur, vt omninò is prospectus impediatur.

§. 31. Valetudinarium in singulis Conuentibus,

certo,

certo, ac salubriori loco constituatur, quod pro loci situ, ac fratrum numerò, quò ad fieri poterit, commodissimum esse possit, in quo fratres omnes, cum ęgrotabunt, curentur, nec inde, nisi recuperata sanitate, abire permittantur; qui vero infirmorum curæ præpositi sunt, omni sedulitate, ac charitate operam suam præstabunt, ac curabunt, ne quid ægrotis omnino desit, quod ad sanitatem recuperandam pertineat. *Infirmaria in singulis cōuentibus cōstituatur.*

§. 32. Ineatur ratio, qua, sublatis licentijs, ac facultatibus hactenus quibuscumque concessis, degentes extra Conuentus claustra, ad ea quamprimum reuocentur, nec de cætero, nisi ex grauissima causa, a Sede Apostolica probanda, huiusmodi facultates concedi possint. *Non concedatur fratrib. extra cōuentum degere.*

§. 33. Nulli in posterum ad habitum aut professionem admittantur, nisi in Conuentibus per Sedem Apostolicam in qualibet Prouincia deputandis. *Nullus recipiatur nouitius, nisi in conuētibus designatis.*

§. 34. Curent Superiores, vt constitutio interdicens largitiones munerum, & præscribens hospitalitatis formam, ab omnibus in quolibet Conuentu inuiolabiliter obseruetur. *Constit. largitionis munerum obseruetur.*

§. 35. Vt omnis officiorum ambitus occasio præcludatur, caueant omnes à directa, vel indirecta vocum, seu suffragiorum procuratione, tam pro se ipsis, quàm pro alijs, tum in Capitulis locorum, tum in cæteris, præsertim generalibus, Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, præter alias pœnas, & censuras hactenus contra huiusmodi ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus, in pœnam priuationis officiorum, quæ obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur; super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à nobis, vel successoribus nostris, &, pro qualitate culparum, grauius etiam plectantur. Porrò supradictas omnes pœnas ad complices, ac simplici- *Dignitatum procuratio prohibetur.*

pliciter scientes, & non reuelantes, extendimus.

Iurent electores de meliori eligẽdo, & ad officia, qui magis Regulã seruant, eligantur.

§. 36. In Superiorum, & officialium omnium electionibus forma præscripta à sacro Concilio Tridentino, & Ordinis constitutionibus inuiolabiliter seruetur, iurentque electores, secundùm veritatem cuiusque conscientiæ probiores, ac magis idoneos se electuros. Ac propterea, priusquam ad electionem deueniatur, in primis, & ante omnia prælegantur constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus, & prælaturas illi præcipuè eligantur, qui possint, & consueuerint Regulas Ordinis, & constitutiones obseruare, præsertim quæ pertinent ad seruitium chori, ac vestitum, & victum communem.

Tres viri graues in examinatores eligãtur.

§. 37. Eligantur in Capitulo generali, vel prouinciali aliquot graues, & periti ex fratribus cuiuslibet Prouinciæ, saltem tres, qui admittendos ad prædicationem verbi Dei, vel ad audiendas confessiones, etiam ipsorum fratrum, ac Lectores publicos diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad huiusmodi ministerium admittantur. Horum etiam curæ sit examinare, & probare, tam quo ad doctrinam, quam quò ad mores promouendos ad quoscumque ordines; in quo seruetur decretum Congregationis interpretum sacri Concilii Tridentini, hac de causa nuper editum, & promulgatum.

Curent Superior. Regulã seruari, & sermo de religioso disciplina habeatur.

§. 38. Illud porrò Superiores omnes in Domino admonemus, vt memores sint tationis, quam in nouissimo die reddituri sunt pro grege sibi commisso, ac propterea omni studio inuigilent, vt, quæ in eorumdem Ordinum Regulis, & constitutionibus de oratione mentali, silentio, ieiuniis, Capitulo culparum, aliisque spiritualibus exercitiis prudenter, ac piè sancita sunt, ea omnia, & singula ad vnguem obseruentur, intelligantque super his, veluti fundamentis, omnium Religionum ædificia construenda, & amplian-

plianda esse; quæ vt faciliorem exitum sortiantur, & fructus vberiores in animis fratrum producant, valde opportunum erit, si in quolibet Conuentu singulis hebdomadis habeatur sermo de religiosa disciplina, regularique obseruantia.

§. 39. Quò verò omnia ordinatè peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo vniuscuiusque Conuentus, in qua distinctè annotetur, quid, singulis horis cuiusque diei, quilibet frater præstare debeat, vt certo quoque signo præmonitus, maiore animi præparatione suo muneri satisfacere possit. Quæ Ordinis constitutiones, his decretis non aduersantur, inuiolatè custodiendæ erunt. *Tabella cum horarum distinctione in loco conspicuo appendatur.*

§. 40. Quibus horum decretorum capitibus certa pœna præscripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati Superioris infligatur. Vt autem hæc decreta, donec alia, quæ pleniorem reformationem facient, edantur, ab omnibus obseruari possint, districtè præcipimus Generalibus, ac omnibus alijs quibuscumque Superioribus, ad quos hoc spectat, vt curent, ac efficiant, ea omnia inter alias eorumdem Ordinum constitutiones perpetuò valituras redigi, interdicta omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & aduersus eam vmquam dispensandi, alioquin sciant, se in pœnam Generalatus, & officiorum priuationis, ac inhabilitatis perpetuæ ad alia quoque munera ipso facto, & sine vlla exceptione respectiuè incidisse. *Hæc decreta inter alias constit. perpetuas collocentur.*

§. 41. Ne verò, prætextu dilatæ publicationis, eorum obseruatio quoquo modo differri possit, aut impediri, volumus, vt, post illorum publicationem, in Cōuentu, vel Monasterio cuiuslibet Ordinis, de Vrbe factam, Generalem, aliosque Ordinum Superiores, ceterosque quoscunque fratres, præsentes, statim; reliquos *Forma publicandi ad effectum obligādi.*

verò absentes, citrà montes, vnius mensis; vltra montes, trium mensium spatio, ita arctent, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent.

Generales hæc decreta publicari faciant.

§. 42. Insuper mandamus, quod Generales, in singulis Conuentibus citra montes, vnius mensis; vltra verò montes, trium mensium cursu, decreta supradicta publicari faciant, sub pœna priuationis Generalatus, aliisque arbitrio nostro imponendis.

Datum Romę; apud S. Petrum, dies 25. Mensis Iunij, 1599.

Prouincialis potest concedere licentiam eundi Romam.

§. 43. Decretum illud, quo fratres Romam petere cum Generalis, & Protectoris licentia dumtaxat permissum est, Sanctitas sua, extendi ad Prouincialem, decreuit, ita vt Prouincialis ipse, ex causa communi totius Prouincię dumtaxat, facultatem huiusmodi facere valeat; declarauitque pœnam priuationis vocis actiuę, & passiuæ, contrafacientibus inflictam, Sanctitati suæ reseruatam esse, interdicta omnino eorum superioribus singuli; etiam Generali, ac Protectori, facultate illam moderandi, ac relaxandi. Datum Romæ, die 20. Martii 1601.

Decretum fel. rec. Clem. Papæ VIII. super casuum reseruatione, ab omnibus regularium Superiorib. obseruandum.

CLEMENS PAPA VIII.

Motiua pro casuum reseruatione à Superiorib. facienda.

§. 1. SAnctissimus D. N. qui iampridem accuratè perpendit, ac re ipsa comperit, quòd reseruatio facultatis absoluendi Religiosos pœnitentes à peccatis quibusdam grauioribus, nisi Superiores admodum prudenter, ac moderatè illa vtantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant, adducere posset in æternę damnationis periculum, & spiritualis remedii de-

desperationem; Ideò, vt huic malo Sanctitas sua opportunè prospiceret, decreuit, vt nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis ijs, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint.

§. 2. Venefica, incantationes, sortilegia.

§. 3. Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eò peruenerit, vt extra septa Monasterij, seu Conuentus fiat egressio. Nocturna, ac furtiua è Monasterio, seu Conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta.

§. 4. Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale. Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

§. 5. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non sequuto.

§. 6. Falsificatio manus, aut sigilli officialium Monasterij, aut Conuentus. Furtum de rebus Monasterij, seu Conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

§. 7. Lapsus carnis voluntarius, opere consumatus.

§. 8. Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiusque personæ.

§. 9. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio literarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores. *Si quod aliud crimen reseruandum sit quomodo id fieri possit.*

§. 10. Si quod aliud præterea peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat, quàm generalis Capituli in toto Ordine; aut Prouincialis in Prouincia matura discussione, & consensu.

§. 11. Non liceat Superioribus Regularium con-

Superiores regulares subditorum confessiones non audiant. fessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte, ac proprio motu id ab ijs petierint.

Superiores cōfessores deputent. §. 12. Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures confessarios, pro subditorum numero maiori, vel minori, ijque sint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à non reseruatis eos absoluant, & quibus etiam reseruatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis confessarius iudicauerit.

Notitia in confessione habita non vtantur ad exteriorē gubernationē. §. 13. Tam Superiores pro tempore existentes, quam confessarij, qui ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur.

Licet Superioribus pænitentias determinare. §. 14. Licebit tamen superioribus determinare pœnitentias graues quibusdam peccatis, etiam non reseruatis, à confessarijs imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint.

Contrarijs derogat. §. 15. Atque ita per quoscumque Regularium Superiores, quicumque illi sint, obseruari mandauit. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis Concilij, etiam generalis decretis, necnon consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore obseruatis, aut regulis in generalibus; seu prouincialibus Capitulis editis, statutis, & constitutionibus, etiam Apostolica auctoritate confirmatis; priuilegijs, indultis, & concessionibus quorumcumque Ordinum, quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, cęterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, die 26. Mensis Maii, anno Domini 1593.

§. 16. Sanctitas sua deinceps declarauit, & declarat,

rat, vt si, huiusmodi Regularium confessariis casus alicuius reseruati facultatem petentibus, Superior dare noluerit, possint nihilominus confessarij, illa vice, pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, absoluere.

Super. negante cõfessario facultatẽ absoluẽdi, ille nihilominus potest absoluere.

Formula concedendi facultatem pro nouitijs ad regularem habitum recipiendis in Monasterijs, & locis designatis.

CLEMENS

PAPA VIII.

§. 1. SAnctissimus in Christo P. & D. N. D. Clemens diuina prouidentia Papa VIII. cum regularem disciplinam restituere, atque in pristinum statum reuocare maximè cuperet, Regularesque omnes, vitam, moresque suos, ad rationem eius Instituti, quod quisque professus esset, ita componere, vt quę ad votorum vim, habitum, victumq; communem pertinent, ea potissimum singuli religiosissimè obseruarent, generali decreto, quod de Mense Iunii editum, tertia Iulii, anni 1599. promulgatum fuit, Ordinum Religiosorum Superioribus (nonnullis exceptis) prohibuit, ne, aut nouitios reciperent, aut quemquam ad professionem ante admitterent, quàm à Sanctitate sua Monasteria aliquot, ad eam rem, præscripta essent, in quibus obseruantia regularis vigeret. Nunc verò eadem Sanctitas sua à locorum etiam Ordinariis, quibus id muneris demandauerat, certior facta, in infrascriptis Monasteriis, & Conuentibus Ordinis N. præfinitum esse numerum dumtaxat eorum, qui, vel ipsius Monasterii censibus, vel consuetis eleemosynis sustentari ibi commodè possunt, atque in iis omnia fideliter

Est forma, prout in sũmar. & quòd numerus fratrum designatur augeri non possit.

liter obseruari, quæ sunt cum illorum professionis perfectione coniuncta, nempè castitatis, paupertatis, & obedientiæ vota, vnà cum cœteris decretis particularibus, vel instituti ipsius, vel Pontificiis, etiam ad victum, vestitumque communem spectantibus, ipso decreto, vt supra, edito, & promulgato nequaquam obstante, potestatem facit superiori eiusdem Ordinis, nouitiatus in infrascriptis Monasteriis, & Conuentibus erigendi, nouitios recipiendi, educandi, atque ad professionem admittendi, modò tamen id, ad prescriptum instructionis, iussu sue sanctitatis, editum, neque alio modo fiat.

Quoniam verò ea est suæ sanctitatis mens, & voluntas, vt in Monasteriis, & Conuentibus, ad alendos nouitios præfinitis, regularis obseruantia perpetuò retineatur, mandat, & præcipit, vt in ipsis præscriptus iam personarum numerus in posterum seruetur, nullusque omnino superior cuiusuis conditionis personarum, & nouitiorum numerum augere presumat, ea pœna proposita, vt omnibus priuatus officiis, vocis actiuæ, & passiuæ ius omne ammittat. Vult denique Sanctitas sua huiusmodi facultatem, per congregationem reformationis Apostolice, hoc decreto, Secretarij manu subscripto, concedi, non obstante decreto, vt supra, promulgato.

Datum Romæ die, &c. Prescribitur verò numerus Sacerdotum, Clericorum, Nouitiorum, Conuersorum autem.

De-

Decretum supra forma recipiendi nouitios Regularium ad habitum, & professionem.

CLEMENS PAPA VIII.

§.1. SAnctissimus in Christo P. & D.N. D. Clemens diuina prouidentia Papa VIII. qui alias, pro regularis disciplinę restitutione, singulis Regularium Ordinibus (quibusdam exceptis) prohibuit, ne ad regularem habitum nouitios in posterum reciperent, receptosque ad professionem admitterent, quousque in aliquibus cuiusuis Ordinis Monasteriis, seu Conuentibus, in quibus nouitiatus pro recipiendis, & educandis nouitijs designarentur, & approbarentur, ad eius, quam professi sunt, Regulæ præscriptum, vitam, moresque restituerent, & componerent: Certior deinde factus, quosdam omnium fere Ordinum Conuentus, seu Monasteria, ad pristinam illam regularem viuendi formam, & disciplinam, quam diutius desiderauerat, fuisse redacta, in eisdem Monasteriis, & Conuentibus, vt nouitiatus erigi, nouitijque recipi possent, sub certis tamen legibus, ac ea presertim, vt licentia à Congregatione reformationis Apostolicæ priùs obtenta esset, concessit, & ad illa designauit, & approbauit. Nunc volens, vt ea, quæ pro nouitiorum receptione, & institutione, de mandato Sanctitatis suæ præscripta fuerunt, in posterum accuratiùs, & exactiùs obseruentur, vltra formam traditam in constitutionibus fel. record. Sixti Papæ V. & etiam Sanctitatis suæ super receptione nouitiorum, decreuit, ac præsentis decreti virtute mandauit, ne in Conuentibus, seu Monasteriis, ad nouitios recipiendos, de Sanctitatis suę, seu dictæ Congregationis reformationis licentia, hactenus designatis, & approbatis, seu in posterum designandis, & appro-

Nouitij non recipiantur, nisi ab ordinarijs approbatis.

Quod tamen derogatur vt infra fol. 112. §.1.

probandis,nouitii ad habitum recipi vllatenus possint, vel admitti,nisi prius ab ipsa congregatione,vel a propriis locorum Ordinariis, aut ab illis,in quorum Diœcesi nouitiatus existunt, in quibus nouitij recipiendi fuerint, expresse, & nominatim, nouitii ipsi recipiendi, approbati fuerint, & vt recipi, & admitti possint, licentiam in scriptis, gratis tamen in omnibus, etiam quò ad scripturam concedendam, obtinuerint. Monet autem Sanctitas sua eosdem ordinarios, omnem curam, & diligentiam adhibere, vt circa ætatem, conditionem, educationem, scientiam, vitam, & mores, cœterasque qualitates, in ipsis nouitiis requisitas, obseruentur institutiones, pro illis recipiendis, ab eadem Congregatione reformationis factæ, & publicatæ, neque aliter, nec alio modo aliquem ad habitum recipi permittant, Ordinariorum ipsorum conscientiam onerando, si quempiam approbauerint, vel admitti permiserint, qui non sit idoneus, & iuxta constitutiones, & institutiones prædictas approbandus, & admittendus.

Monitio ad Ordinarios.

Firmis nihilominus remanentibus pœnis omnibus, contra Superiores quorumcumque Ordinum, qui in admittendis ad habitum, & professionem nouitiis, formam constitutionum, & institutionum prædictarum non seruauerint, aut nouitium aliquem, quantumuis idoneum, & approbatum, in quouis alio Conuentu, & loco, seu Monasterio, præterquam in hactenus à sua Sanctitate, vel à dicta Congregatione designatis, & approbatis, seu in posterum designandis, & approbandis, vel, vltra numerum in eorum singulis prescriptum, seu præscribendum receperint, vel admiserint, seu alias premissis, quouis modo contrafecerint: Irritum ex nunc, & inane decernens; quicquid secus, vel aliàs quauis auctoritate, à quouis gestum, vel attentatum fuerit. Non obstantibus quibuscumque &c.

Pœna cōtra Superiores cōtrafaciētes.

Da-

Datum Romæ, apud S.Petrum, die 19. Maij, 1602. Pontif. eiusdem S. D. N. anno 11.

Institutiones super receptione, & educatione nouitiorum religiosorum in Monasterijs, & Conuentibus designatis, vel designandis, Clementis eiusdem iussu editæ.

CLEMENS

PAPA VIII.

§. 1. CVm ad regularem disciplinam, in singulis Religiosorum Monasteriis, propagandam, nouitiorum institutio maximè vtilis sit, ac necessaria; & nihil, ad grauem illam, ac laudatissimam priscorum Patrum viuendi rationem relaxandam, maiorem vim habuisse compertum sit, quàm, vel nimiam, in recipiendis nouitijs, facilitatem, supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent; vel negligentiam in probando, & examinando eorum spiritu, an verè esset ex Deo, atque ex præcipuo desiderio illi inseruiendi; vel denique incuriam in eis educandis, atque instituendis, idcircò, vt huiusmodi incommodo deinceps occurratur, præcipitur omnibus, & singulis ad quos spectat, vt in recipiendis nouitiis, & in eorum institutione, atque educatione, necnon in Magistri, & aliorum ministrorum electione, præter alia, quæ in sacris Canonibus, & decretis, præsertim Concilii Tridentini Pontificiis, & cuiuscumque Ordinis, aut Instituti constitutionibus continentur, tàm in aliàs designatis, quàm nunc, & in posterum ad hoc designandis Monasteriis, & *Motiua harum ordinationum.*

Con-

Conuentibus, hæc quæ sequuntur inuiolatè obseruari, & exequi perpetuò curent.

Quæ conditiones requirantur in nouitijs recipiēdis.

§. 2. Primùm, quòd attinet ad nouitiorum recipiendorum formam, vltra diligentem perquisitionem, quæ habenda erit de vniuscuiusque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita ante acta, ac pręcipuè eorum, qui sextum decimum ętatis suæ annum excedent, an criminosi, an ęrę alieno grauati, vel reddendæ alicuius administrationis rationi obnoxij sint, iuxta formam const. fel. recor. Sixti V. & moderationum subsecutarum; illud etiam superiores, ad quos spectabit, sedulò perquirant, vt quibus in Monasterijs, & Conuentibus, ex Apostolica facultate, nouitiatus fuerint instituti, in ijs ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui, & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones sacris Canonibus, summorumque Pontificum constitutionibus præscriptas non habeat, iuxta decretum super forma de recipiendis nouitijs, die 19. Maij 1602. editum.

Quā ætatem, & scientiam habere debeant, etiā conuersi.

§. 3. Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regulari, etiam Mendicantium, in ea sit ætate constitutus, quam eius Ordinis, in quo recipietur, regularia instituta, & ordinationes requirunt; eam verò literarum scientiam calleat, aut illius addiscendę spem indubiam præseferat, vt minores, & sui, temporibus, maiores Ordines, iuxta decreta S. Conc. Trid. suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimumquintum excedens, ad habitum regularem admitti postulauerit, & tali eruditionis expers inuentus fuerit, in Conuersorum tantùm, quibus literarum scientia non est necessaria, numerum referatur; Ipsi autem conuersi non recipiantur ante vigesimum ætatis suæ annum, & nisi saltem præcipua doctrinę christianæ capita nouerint.

De quib debeant examinari.

§. 4. Demum superiores diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vitę genus

nus elegerint, quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitæ, & vt Deo liberiùs famulari possint, an potiùs leuitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi ducantur, & an eorum parentes, ope, & subsidio ipsorum indigentes, destituantur.

§. 5. Prouideant quoque, vt omnes, etiam conuersi, recipiendi, priusquam ad habitum regularem admittantur, ab ijs, quibus munus hoc incumbit, de Regula, quàm professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque Regularis, & aliis cuiusque Ordinis peculiaribus institutis, & constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quarumdam Religionum mos est, nedum conuersos ad professionem admittendos, verùm & Oblatos, vt vocant, recipere, circa ipsorum Oblatorum receptionem, vnaqueque Religio suas peculiares constitutiones, specialiaque instituta obseruare teneatur.

Instruantur de Regula, & votis, antequã ad habitum recipiãtur.

Nouitij statim recepti confessionem generalẽ faciant.

§. 6. Statim atque nouitij ad habitum recepti, & in locum nouitiatus introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionem, totius ante actæ vitę conscientiam discutiant, & expurgent.

De situ, & positura nouitiatus; in quo etiã magister & socius stent.

§. 7. Quòd verò ad loci qualitatem vniuscuiusque nouitiatus spectat, locus huiusmodi propria clausura ab ea parte Conuentus, & Monasterij, in qua degunt professi, segregatus sit, atque distinctus, habeatque tot, ad dormiendum, cellulas separatas, quot erunt numero nouitii, vel dormitorium ita capax, vt pro singulis, singulis lectuli commodè sterni possint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magistro, eiusque socio reperiatur.

Sit in eo locus pro collationibus; Caminus quoque ad calefaciẽdum.

§. 8. In eo etiam, pręter alias communes commoditates, aptus locus adsit ad spirituales collationes, seu conferentias faciendas, ac lectiones, instructionesque Magistri audiendas, & in quem, hyemis

tem-

tempore, ad calefaciendum, se igne communi, recipiant.

Sit etiã in eo Oratorium.

§. 9. Oratorium insuper, seu Capella, si commodè fieri poterit, ad nouitios in spiritualibus, præsertim in cęremoniis, ecclesiasticisque functionibus exercendos.

Hortus quoquo sin minus, ad communẽ, aliỹs exclusis.

§. 10. Hortus quoque peculiaris, ad honestam recreationem, bene conclusus, atque munitus adsit; sin minus, hortum cœteris fratribus communem, recreationis tempore, ingrediantur; Ipsis verò nouitiis ibi commorantibus, curabit Magister, cum loci Superioris auctoritate, si opus fuerit, ne in eumdem quisquam alius ingrediatur.

In nouitiatu solus Magister. ac socius, & aliquando Superior ingrediantur.

§. 11. Ad huiusmodi locum nouitiatus nemini eiusdem, vel alterius Ordinis regulari, etiam Conuentus, & Monasterii officiali, vllo vmquam tempore, sub quouis prætextu, aditus pateat, præterquam Magistro, eiusque socio, ac etiam monasterii, aut conuentus Superiori, si quandocumque ingrediendum sibi necessariò existimauerit; quo tamen casu, aliquem semper ex senioribus conuentus, vel monasterii Patribus socium assumat.

Nouitỹ quomodo alloquẽdi.

§. 12. Huius loci clausuræ clauis apud Magistrum semper asseruetur, illique soli liceat, ex graui tantùm causa ingressum illuc alicui permittere; Si quis autem nouitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro præsente, & non aliter, alloquatur.

Magister nouitiorum, & socius in Capitul. Prouincialibus eligãtur per triennium.

§. 13. Nouitiorum Magistro socius, si per nouitiorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit, vita, & moribus, quoad fieri poterit, cum similis deputetur, qui in his, quæ ad Nouitiatus regimen spectant, dicto Magistro immediatè subiectus existat; eliganturque tam Magister, quàm socius, per Prouinciale Capitulum, per triennium ad minus onus huiusmodi subituri. Quòd si aliquo casu, extra tempus capitulare,

lare, noua loca Nouitiatus concedi contingat, tūc electionem Magistri Nouitiorum, & socii huiusmodi, in his nouis locis, per Generalem, vel Prouincialem, seu Ministrum, aut eorum Visitatores, seu Vicarios, de Definitorum tamen, vel grauiorum aliorum Patrum consensu, fieri permittatur; idemque seruetur, si intra triennium, alterum, vel vtrumque, vrgenti aliqua de causa, ex illis locis amoueri, vel mori contigerit, in cuius, vel quorum locum alii consimiles subrogari debeant.

§. 14. Tam nouitiorum Magister, quàm socius, ab iis omnibus officiis, oneribusque vacationem habeant, quæ nouitiorum curam, & regimen impedire valeant. Ipse Magister sacerdotali ordine sit initiatus, ac in quinto saltem supra trigesimum ętatis suæ anno constitutus, & per decennium à professione emissa in Religione persiterit; socius verò trigesimum annum excedat; sintque ambo doctrina, &, quantùm per Superiorum diligentiam, & vires fieri poterit, vitæ etiam anteactæ exemplo præstantes, orationis præterea, & mortificationis operibus addicti, prudentia, charitateque referti, non sine affabilitate graues, zelum Dei cum mansuetudine præseferentes, ab omni cordis, ac animi perturbatione, ira pręsertim, & indignatione, quæ in se, & erga alios charitatem impedire consueuerunt, quàm longissimè alieni; & tales demum, qui in omnibus seipsos bonorum operum exemplum præbeant, vt ii, qui eorum curæ subsunt, illos non tam metuant, quàm reuereantur, nec illis vmquam detrahere quicquam possint. *De conditionibus Magistri nouitiorum, & socij.*

§. 15. Habeat etiam Magister plenam, & absolutam potestatem circa nouitiorum institutionem, ac Nouitiatus regimen, ita vt, in illis nemini (Visitatoribus ac Superioribus maioribus, vel etiam localibus exceptis, quouis colore se ingerere liceat. *Magister habet plenam potestatem circa nouitios.*

L §. 16.

De quib. debẽt nouitij instrui.

§. 16. Curam adhibeat diligentem, vt nouitii omnes in regulari disciplina sedulo exerceantur, agnoscantque pręcipuè diuinæ, qua digni facti sunt, vocationis pręstantiam,& excellentiam, quę vera sit, atque perfecta votorum solemnium, & quam necessaria cuiusque ordinis constitutionum obseruantia; modum in oratione, tum vocali, tum mentali,fructuosè persistendi,illicitas passiones,& vitia (ad quæ natura per peccatum labefactata, omni tempore prona est, atq; procliuis) per sensuum custodiam, & mortificationem cohibendi; austeritatem, ieiunia, cilicia, disciplinas, conscientiæ puritatem,crebram illius discussionem, sacramentorum frequentiam, confessionis præsertim, quæ, bis saltem singulis mensibus,fiat,per aperitionem quotidianam motuum internorum cordis, & tentationum manifestationem, per exercitium humilitatis, circa viliora ministeria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnumque silentium.

Nouitij orationi incũbãt, & magistro confiteantur.

§. 17. Quilibet nouitius, bis quotidie, orationi mentali, & vocali incumbat, vnusquisque secundùm propriam capacitatem, & ordinem sibi a Magistro præscriptum, ac pluries in die propriam conscientiam vnusquisque examinare contendat; ipsi autem Magistro soli nouitiorum confessiones audiendi cura committatur. Liceat tamen superiori etiam locali, si ita expedire iudicauerit, vel per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel, aut bis in anno, eorumdem nouitiorum confessiones audire. *Quia istæ ordinationes non sunt per modum præcepti, sed solum per modum Regulæ, & Consilii, vnde statutis regularibus non derogant, nec minus irritant confessiones aliter factas:* sic in istis terminis tenet Molfes.p. 1. sum.tract.7. cap. 14. num.83. ex Peyr.fol.298.

Missæ inter sint, & horis canonicis

§.18.Quotidie missę sacrificio intersint,& statutis horis,in choro nocturnis,diurnisq; diuinis officiis assistãt.

§. 19. Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel ſcribant res ſpirituales, modeſtam animi recreationem interponant, quæ in ſolitario loco, & commodo, extra nouitiatum, ſemel in hebdomada, vel in alternis ſaltem hebdomadis, longior ſtatuatur, fiatque ſemper, Magiſtro præſente, vel ſocio, qui multum inuigilent, ne duo, ab alijs, commorentur, diſiuncti, atq; eo tempore, cuiuſque, in quam natura feratur, propenſionem ſcrutentur. *Vacent etiã exercitijs corporalib.*

§. 20. Non liceat eis, durante nouitiatus, & probationis tempore, vnà cum profeſſis, niſi in choro, in Eccleſia, tempore officiorum, in proceſſionibus, aut in cœnaculo, cauſa refectionis commorari, nec permittatur eis profeſſos, domo exeuntes comitari. *Cum profeſſis non conuersẽtur.*

§. 21. Pro communibus, & propriis cuiuſque neceſſitatibus, quæ accidere poſſunt, vnus ex nouitiis ipſis, ætate, moribuſque prouectior deputetur, qui abſente ſocio, Magiſtro permittente, omnia, prout opus fuerit, agat, cui etiam ianuę cuſtodia, & rerum leuioris momenti prouiſio, intra nouitiatum committi poterit. *Vni nouitiorum committatur ianuæ cuſtodia.*

§. 22. Cum autem, licèt Clericorum bene inſtituendorum cura debeat eſſe præcipua, Conuerſorum tamen religioſa inſtructio non ſit prætermittenda, quin potiùs æquanimiter amplexanda, quandoquidem ſatis exploratum eſt, iſtorum etiam, cum regula profiteantur eamdem, perfectam educationem, tum Religioni decorem, & ornamentum, tum aliis Chriſti fidelibus ædificationem, exemplum, atque vtilitatem afferre: Conuerſis ipſis à Clericorum nouitiatu ſeparatus, ad dormiendum, locus, quantùm commodè fieri poterit, aſſignari præcipitur: illi tamen, hac ſeparatione non obſtante, Magiſtro nouitiorum, ſeu Superioribus Monaſteriorum, & Conuentum, iuxta cuiuſque Ordinis ſtatuta, & conſtitutiones ſubditi eſſe, & obedientiam *Conuerſorum cura non omittenda.*

præstare debebunt, à quo non tantùm corporalia obsequia probandi, & exercendi, verum etiam pro eorum capacitate, & commoditate de spiritualibus, præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt; quod vt commodiùs fiat, ad capitula, & spirituales conciones, quæ per Magistros nouitijs fieri solent, accersiri debeant, & in Ecclesijs, statutis horis, conueniant, nisi tunc in suis officijs actualiter occupati fuerint.

Conuersi 21. annũ ad profitendum habeãt.

§. 23. Tempore verò probationis elapso, ij tantùm, qui non solùm religiosæ perfectionis capace, sed ad laborem corporalem apti nouo, ac diligenti examine reperti fuerint, dummodò ętatis suæ annum, quò ad Clericos, decimum sextum, quò verò ad Conuersos, vigesimum primum excesserint, ad professionem admittantur; sed qui ad Conuersorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint.

Habeat Superior librum, in quo nouitiorũ professio registretur.

§. 24. Superior cuiuslibet Conuentus, in quo nouitiatus fuerit cõstitutus, particularem librum habeat, in quo vniuscuiusque nouitij professio registretur, illamque nouitius professus propria manu, & duo testes, qui præsentes fuerint, subscribant.

Conuersi loco subscriptionis signũ crucis faciant.

§. 25. Conuersus verò literarum ignarus professus, in eorumdem testium, qui se subscripserint, præsentia, propria manu signum crucis apponat, asseruetur que liber, & custodiatur in archiuio, vbi scripturæ ad Monasterium, seu Conuentum pertinentes reponi consueuerunt.

Conuentus facięntes filiationes, ad loca nouitiatuum nouitios mittant.

§. 26. Quia verò in quibusdam Ordinibus filiationis vsus est receptus, declaratur, quòd licèt decretum sit, vt nouitijs educandis certa Monasteria, aut Conuentus designata quilibet Ordo habere debeat, licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conuentuum huiusmodi Ordinum, in quibus filiatio-

his vsus receptus est, eos, quos prænarratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum filios, iuxtà cuiusque Ordinis constitutiones, ascribere, sicque ascriptos, cum, iuxta præsentes institutiones, & aliàs, seruatis seruandis, ad Ordinem recepti fuerint, ad loca nouitiatuum cum testimonialibus literis transmittere, vbi tamquam dictorum Conuentuum, seu Monasteriorum filii, eorumdem nomine, & instantia recipi, ac in nouitiatu probari, & deinde, antequam ad eadem Monasteria, seu conuentus filiationis huiusmodi remittantur, in professorio ad perfectionem, vt præmissum est, exerceri debebunt.

§. 27. Porrò, ne loca vnius Monasterii, seu conuentus ab alio præoccupentur, Capituli generalis, aut Prouincialis partes erunt numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem, si opus fuerit, inire, ac singulis conuentibus, & monasteriis præscribere, quæ magis expedire videbitur.

Cap. prouideant circa singulos cōuentus, quod illis opus erit.

§. 28. Vt autem nouitij, iam in professorum numerum, sicut præmittitur, recepti, melius in bono spiritu, regularisq; disciplinæ obseruantia stabiliantur, & confirmentur, mandatur, vt statim post professionem emissam, si in conuentibus, aut monasteriis pro nouitiatus assignatis, locus aderit secundi nouitiatus, siue professorii, ab ea, quæ nouitiorum est, atq; antiquorum professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si monasterium, aut conuentus eos alere queat; sin minus, in alium commodiorem conuentum, aut monasterium transferantur, in quo eis locus cum requisitis ad nouitiatum supra narratis, reperiatur, vel accommodetur, aut de nouo construatur.

Nouitij recēs professi in aliud professorii collocentur.

§. 29. Ab hoc tamen illę Religiones excipiuntur, quæ suarum constitutionum, seu institutorem vigore, maioris temporis cursus, nouos professos intra

Religion. quæ consueuerũt nouitios maiori tẽpore in nouitiatu tenere, continuent.

Nouitiatum detinere consuescunt, quibus in hac parte non derogatur, illis tamen permittitur, vt, prædictis earum constitutionibus non obstantibus, idipsum facere possint, si id rationi, ac religioni magis expedire diiudicauerint, quibus in locis degant sub regulis, & modo viuendi, adhuc arctiori, quàm seruent antiquiores professi, ita quod in negotiis Monasteriorum, aut Conuentuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicuius exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant, quousque ad ætatem, sacris ordinibus suscipiendis sufficientem, deuenerint, vel saltem, per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimmo, & debebunt literarum studiis operam nauare, sub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus nouitiorum Magistrum præditum esse oportere dictum est.

Nouitij non recipiantur, nisi in locis designatis.

§. 30. Declaratur tamen, quòd propter præmissa non censeatur concessa licentia recipiendi nouitios, nisi in locis pro nouitiatu designatis, aut in posterum designandis, & pro numero dumtaxat in eorum singulis præscripto, vel præscribendo.

Pœnæ cõtra faciẽtibus.

§. 31. Denique si illi, qui inter Religiosos gradu, & ordine Superiores sunt, & alij, ad quos spectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, seù quouis modo contrafecerint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt, priuationem, grauioresque, pro modo admissæ culpæ, pœnas se subituros certo sciant.

Datum Romę, apud Sanctum Petrum, die 19. Martij 1603. Anton. Seneca Reformat. Apostol. Secret. Anno 1624. Indictione 7. Pontificatus autem S. D. N. D. Vrb. diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius 2. die verò 26. mensis Octobris, supradicta decreta, tàm sacræ Congregat. Concilii, quàm S. M. Clem. VIII. affixa, & publicata fuerunt ad valuas Basilicarum

S.Io-

S. Ioann. Lateran. & Principis Apostolorum, necnon in acie campi Floræ, vt moris est, per nos Camillum Fundatum, & Iulium Marzitellum Cursores Sanctissimi. Brandimartes Latinus pro Magistro DD.Curs.

Decreta Sacræ Congregat. Concilij, Vrbani VIII. iussu edita de regularibus Apostatis, & Eiectis.

Sub pœnis, supra fol. 102. relatis, legenda, bis in anno, diebus à Superiore præscribendis.

SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum, Regularium Eiectorum, & fugitiuorum statui consulere, illorumque scandala summouere, & succrescentem numerum frangere, operæ pretium existimans, auditis Religionum superioribus, reque diligentissimè perpensa, communicato etiam consilio cum S.D.N. Vrbano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis suæ facultate, infrascripta decreta edidit. *Proœm.*

§. 1. Ac primò, vt infecta semina, è quibus praui eiusmodi fructus potissimùm prodeunt, deinceps ne serantur in vinea Domini, censuit, esse innouandas, & Sanctissimi auctoritate innouat constitutiones, & decreta generalia S. M. Clementis VIII. ad Regularium reformationem, ac nouitiorum receptionem, professionem, atque institutionem spectantia; districtèque præcipit Generalibus, atque aliis omnibus Ordinum Superioribus, vt illa exactè obseruent, atque vt obseruentur efficiantur, sub pœnis statutis in iisdem constitutionibus. A quibus tamen excipiendum censuit caput illud, quo decernitur, ne in Conuentibus, seu Monasteriis, ad nouitios recipiendos hactenus designatis, & approbatis, seu in posterum designandis, & approbandis, nouitii ad habitum vllatenus recipi *Innouat decreta Clem. 8. pro regularium reform.*

L 4 pos-

possint, nisi prius à Congregatione reformationis Apostolicæ, vel à proprij locorum Ordinarijs expresse, & nominantim approbabit fuerint, à cuius quidem decreti obseruatione, Sacra Congregatio, iustis de causis, censuit, Regulares esse absoluendos, prout auctoritate Sanctissimi Domini Nostri absoluit, atque exemit.

Nullus etiã ad strictiorẽ Religionẽ transeat, nisi prius Superiori constet, eam esse paratam illum recipere.

§. 2. Deinde, vt apostandi opportunitas Regularibus præcipiatur, statuit, vt de cętero nullus permittatur ad arctiorem Religionem transire, nisi prius Superiori legitimè constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit; tumque Regularis recta se transfert ad arctiorem; quod vtrc ipsa adimpleaniur, idem Superior omni studio, ac diligentia inuigilet.

Apostatæ ab Ordinarijs cõpiãtur, & suis Superioribus consignẽtur.

§. 3 Rursus statuit, vn fugitiui, & apostatæ, siue habitum Regularem deferant, siue, non, possint, ac debeant ab Episcopo loci, vbi moram trahunt, in carceres conijci, ac Superioribus Regularibus consignari, secundùm Regularia instituta, puniendi, vtque ipsi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad Reducere, atque efficere, vt apprehendantur, salua tamẽ in omnibus facultate Ordinarijs locorum attributa ex decreto Concilij c. 3. sess. 6. Quòd si apostatæ huiusmodi, citra montes, infra quatuor, vltra montes verò, infra octo menses, à præsentis decreti publicatione, inchoandos, sua sponte, ad suam quisque Religionem redierit, tum pęnarum omnium, ipsis, præpter apostasiam, inflictarum, aut infligendarum remissionem, atque impunitatem assequantur; ita tamen, vt debeant à Superior verò è coutra benignè illos teneatur excipere, ab huiusmodi pœnis absoluere, & paterna charitate complecti.

§. 4. Ad hæc, vt in posterum è Religionibus nullus

lus legitimè professus eiici possit, nisi sit verè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis minimè censeatur, nisi non solum concurrant ea omnia, quæ ad hoc, ex iuris communis dispositionem requiruntur, sublatis hac in parte statutis, & constitutionibus cuiusque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis; verum etiam, vnius anni spatio, in ieiunio, & pœnitentia probetur, in carceribus; proindeque vnaqueque Religio priuatos habeat carceres, in qualibet saltem Prouincia: Elapso autem anno, si nihilominus non resipuerit, sed animo indurato, in sua peruicacia perseuerauerit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre, eiici tandem possit, sed ab ipsomet Generali, tantùm de consilio, & assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus; tumque non nisi instructo secundùm eorum stylum; & constitutiones processu, & plenè probatis causis expulsionis, ad sacrorum Canonum prescriptum. Interea tamen, vsque ad primum generale Capitulum, seu Congregationem proximè celebrandam, si quempiam ex iustis, & necessariis causis expellere oportebit, eiectio fieri possit à Generali, cum cõsilio, & assensu sex Patrum, vt supra, quos eidemmet Generalis eligere debeat infra quatuor menses à præsentis decreti publicatione; seruata tamen in reliquis forma superiùs prescripta. Sic verò eiecti, quamdiu nõ redierint ad Religionem, in habitu clericali incedant, atque Ordinarii loci iurisdictioni, & obedientiæ subsint; proindeque Generalis illicò expulsionis sententiam eidem ordinario notificare teneatur. Cœterum sacra Congregatio Religionũ Superiores seriò admonet, ac pro Iesu Christi viscera obtestatur, vt memores paternæ charitatis, & mansuetudinis quã profitentur, nihil

Incorrigibiles, qui sint, & quomodo à Religione eijciendi.

nihil intentatum relinquant, vt lucrentur animas fratrum suorum, ferè in profundum malorum delapsas, antequam grauissimum, atque extremum expulsionis remedium experiantur; id que eò magis, quòd subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officij immemorum Prælatorum regimine peribunt, D. N. Iesus Christus in supremo Dei iudicio de eorumdem Prælatorum manibus sit requisiturus.

Expulsis literæ nō concedātur ad Sedē Apostolicā.

§. 5. Præterea statuit, vt ijdem Superiores nemini ex Religiosis expulsis literas testimoniales concedant, illos ad Sedem Apostolicam reijcientes, vel iubentes aliam ingredi Religionem.

Eiectis sūt perpetuo suspensi ab exercitio ordinum.

§. 6. Item vt eiecti extra Religionem degentes sint perpetuò suspensi ab exercitio ordinum, sublata Ordinarijs locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.

Superiores suos eiectos, et fugitiuos quotānis requirāt.

§. 7. Ac postremò censuit esse innouandam, & suæ Beatitudinis auctoritate innouat constitutionem fel. recor. Gregorij IX. relatam in cap. fin. extr. de reg. Ac præterea declarat, eam constitutionem in ijs quoque vendicare sibi locum, seruandamque esse, qui iustè, diffinitiuèque, ac iuris ordine seruato, expulsi fuerint, dummodo tamen in expulsis huiusmodi subsit spes euidens emendationis, ex literis saltem testimonialibus Ordinarij, cuius conscientiam in his literis concedendis sacra Congregatio seriò onerauit.

Hæc decreta bis saltē in anno in publica mensa legātur.

§. 8. Ne qua verò difficultas in suprascriptis decretis, & ordinationibus exequendis suboriatur, sacra Congregatio, S. D. N. annuente, atque approbante, vniuersis Generalibus Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicarijs, & quibuscumque alijs Superibus quorumcumque Ordinum, vel Congregationum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum,

do-

domorum, ac locorum regularium, vbique locorum existentium iniungit, serioque mandat, vt illa diligenter obseruent, atque obseruari procurent in omnibus Cœnobiis, ac Monasteriis, Collegiis, ac domibus quorumcumque Monachorum, ac Regularium, vbique locorum existentibus, efficiantque, vt tam decreta supradicta fel. rec. Clem. VIII. quàm præsentes ordinationes, in singulis eiusmodi locis, bis saltem in anno, legantur in publica mensa.

§. 9. Si quis verò ipsorum aduersùs ea, quæ superiùs præscripta sunt, vel eorum aliquid quoquo modo facere, vel moliri præsumpserit, ipso facto pœnam incurrat priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque actiuæ, passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, pœnaque huiusmodi sit Sanctitati suæ, ac Sedi Apostolicæ reseruata, iisdem Superioribus etiam Generalibus, & Protectoribus, illam moderandi, seu relaxandi potestate penitus iter dicta; & nihilòminus sit irritum, & inane quidquid secus à quoquam actum extiterit. *Apponũtur pœna contrafacientib.*

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, in fauorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Monasteriorum, Conuentuum, domorum ac locorum regularium quorumcumque nec non illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque indultis, & priuilegiis, etiam in corpore iuris clausis, aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncuparis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque *Derogat contrarijs.*

effi-

efficacioribus, & insolitis clausulis,necnon irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine,aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, & indiuidua,ac de verbo ad verbum,non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, quibus, quò ad ea, quę supradictis, quomodolibet aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expresse Sanctitatis suæ auctoritate derogat, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ die 21. Septembris 1624. Cosmus Card.de Torres. Prosper Fagnanus Sacræ Congregat. Secr.

DE-

DECRETVM SIXTI V.

Contra exercentes artem Astrologiæ iudiciariæ, & alia quæcunque diuinationum genera; & contra tenentes, vel legentes earumdem artium libros, &c.

Legendum in quolibet Generali, vel Prouinciali Capitulo, Capitulari Congressu, Conuentu, Dieta, &c. sub pœna priuationis propriorum officiorum, ex decret. S. Congregationis, vt infra.

SIXTVS EPISCOPVS

Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

COeli, & Terræ Creator Deus, &c.
Residuum lege sup. fol. 58.

Decretum S. Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis contra retinentes, seu habentes, & legentes libros, seu scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Acromantiæ, Piromantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, &c. factum sub die 19. Septembris Fer. 5. 1591. & confirmatum die 3. Mensis Maij Fer. 5. 1601. ad quod legendum in singulis dictis, Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, &c. aderat obligatio, sub pœna priuationis officiorum, &c. nullo modo amplius legitur: nam supplicatione porrecta pro absoluta de obligatione à præfati decreti lectione, sequens emanauit Decretum.

FEria quarta, die 3. Iulii 1647. in Generali Congregatione S. Romæ, & Vniuersalis Inquisitionis habita in Conuentu Sanctæ Mariæ super Mineruα coram

Emi.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Dominis S.R.E.Cardinalibus, in tota Republica Chriſtiana, aduerſus hæreticam prauitatem, Generalibus Inquiſitoribus, a ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Audito retroſcripto Memoriali, porrecto nomine Fratris Antonii de Ribera Commiſſarii Generalis in Curia, pro Vltramontana familia Fratrum Minorum, Sacra Congregatio fecit gratiam, petitam Oratori, dummodo tamen legatur per extenſum Bulla Sanctæ mem. Sixti Papæ V.contra Aſtrologos, & ſortilegos.

Io: Antonius Thomaſius Sanctę Rom.& Vniuerſalis Inquiſitionis Notarius.

Locus † Sigilli.

Finis Primæ Partis.

FOR-



FORMVLARIVM

Regularis Instituti.

PARS ALTERA.

Forma pro induendis, & ad Professionem admittendis Nouitijs apud Fratres Ord. Minorum de Obseruantia.

QVo die quis ad Constitutionis Sixti V. Summi Pontificis præscriptum, approbatus, Superioris concessu, Religionis nostræ habitum suscepturus est, aut manè, post Missam maiorem, aut post Vesperas, prout opportunius venerit; antequam Fratres è Choro discedant, Superior, aut alius de mandato, indutus Alba, Stola, & Pluuiali, pro temporis, & Officij ratione, conuenienti, stans in medio Altaris, iuuene in inferiori Altaris ipsius gradu, genibus flexis existente, has sequentes Orationes, versa facie ad Sacramentum, dicat incipiendo absolutè.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui à sæculi vanitate conuersos, ad brauium supernæ vocationis accendis; & qui renunciantibus

bus sęculo, mansiones paras in cœlis: dilata cor huius famuli tui cęlestibus donis: vt Fraterna nobiscum teneatur compagine charitatis: vnanimis, constans, sobrius, simplex, & quietus, Regularia Sanctorum Patrum Instituta custodiat: & ad eum, quem, te inspirante, perfectionis spiritum concepit, te adiuuante, perueniat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, Dux, Salus, & Fortitudo nostra, humiliter petimus, vt famulum tuum, quem Sanctæ compunctionis ardore, ab huius sæculi vanitate separasti, etiam à conuersatione terrena discernas, & gratiam, qua in te perseueret, infundas: vt protectionis tuæ præsidio munitus, quod, te donante, affectat, te adiutore compleat: vt suæ conuersionis executor effectus, ad ea, quæ perseuerantibus in te promittere dignatus es, fęliciter pertingat. Qui viuis, & regnas in sęcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde procedat Sacerdos ad cornu Epistolæ: & ibi stans, benedicat vestimenta, paulò ante à Sacrista, in eodem cornu, super aliquo scabello, opportunè, ac decenter præparata; dicens.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sęculum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam; vt hoc genus vestimenti, quod Sancti Patres ad innocentiæ, & humilitatis indicium, abrenunciantes huic sæculo ferre sanxerunt: ita bene ✠ dicere, & sanctificare digneris, vt hic famulus tuus, qui Sanctæ Religionis habitum, piæ deuotionis affectu, assumere intendit: te intus veraciter induere mereatur. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Super Chordam, siue Cingulum.

DEus, qui vt seruum redimeres, Filium tuum per manus impiorum ligari voluisti, bene ✠ dic, quæsumus, cingulum istud, & præsta, vt famulus tuus; qui eo, velut ligamine pœnitentiali sui corporis, cingetur: vinculorum eiusdem Domini nostri Iesu Christi perpetuò memor existat, & in Ordine, quem assumit, perenniter perseueret: tuisque cum effectu semper obsequijs, se alligatum esse cognoscat. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Quibus dictis aspergantur simul, & iuuenis, & vestimenta, aqua benedicta, sine incenso. Deinde, auxiliantibus Ministris, exuatur iuuenis sæcularibus vestimentis à Sacerdote, siue Superiore, dicent.

EXuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis. ℟. Amen.

Et illum postea Religionis habitu induendo, ad singula vestimenta dicat.

M *Ad*

Ad Tunicam.

INduat te Dominus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est iustitia, & sanctitate veritatis. ℟. Amen.

Ad Habitum.

DOmine Iesu Christe, qui dixisti, *Iugum meum suaue est, & onus meum leue*, præsta quæsumus, vt hic famulus tuus, sic istud deportare valeat, vt possit consequi tuam gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Ad Caputium.

POne Domine Caputium salutis in capite eius, ad expugnandas Diabolicas fraudes. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Ad Chordam.

PRæcingat te Dominus cingulo puritatis, & extinguat in lumbis tuis humorem libidinis: vt maneat in te virtus continentiæ, & castitatis. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Quo induto, porrigat sibi faculam accensam, dicens.

ACcipe, Frater carissime, lumen Christi, in signum immortalitatis tuæ: vt mortuus mundo, Deo viuas. Exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. ℟. Amen.

Postea

Postea vertat se Sacerdos ad Sacramentum. Et, Nouitio stante, in suprascripto gradu, genuflexo, dicat clara voce.

℣. Saluum fac seruum tuum.
℟. Deus meus, sperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.

Oremus.

MAiestatem tuam Domine suppliciter exoramus, vt famulum tuum; cui, de tua gratia præsumentes, nostræ Religionis habitum imposuimus; digneris inter discipulos tuos, virtute ex alto induere, iustitiæ lorica munire, & salutis protegere vestimento: vt, intercedente Beàto Francisco Confessore tuo, sub humilitatis veste tibi perseueranter deseruiens, ad stolam immortalitatis,& glorię peruenire mereatur.Per Christum Dominum nostrum.℟. Amen.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui Beato Petro Apostolo tuo; significans, qua morte clarificaturus esset Deum: prædixisti, per alium in senectute ipsum fore cingendum;famulum tuum Fratrem nostrum; quē cingulo nostrę fraternitatis pręcinximus: tua, quęsumus, charitate pręcinge:tui nominis metu salutari cōstringe & chorda cor eius alligā disciplinę:vt,tua ei opitulantē

gratia, solutus, & liberatus à mundo tuoque vinctus seruitio, in Ordinis, quem assumit, obseruantia, vsque in finem iugiter perseueret. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

DEus, qui mira Crucis mysteria in Beato Francisco Confessore tuo multiformiter demonstrasti, da huic famulo tuo, eius piæ deuotionis semper exempla sectari: & assidua eiusdem Crucis meditatione muniri. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Quibus dictis, Sacerdos in medio Altaris, genua flectendo, intonabit, Veni Creator Spiritus, &c. *Qui dum à Cantoribus alternatim cantabitur, omnes Fratres è dextro Chori latere, ordine egredientes, & ad medium Altaris procedentes, coram Venerabili Sacramento genua flectant, ac deinde Nouitium in infimo Altaris gradu, genibus flexis, existentem, ad Sanctæ pacis osculum recipientes, singuli dicant,* Pax tibi Frater. *Moxque Chorum ab altera parte iterum ingredientes, singuli in suo loco se recipiant, & completo Hymno, statim sequentes versus canantur.*

Hymnus.

VEni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti, pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons viuus, ignis, Charitas,
Et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere,

Digi-

Digitus Paternæ Dexteræ,
Tu ritè promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longiùs,
Pacemque donas protinus;
Ductore sic te præuio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium;
Teque vtriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
℟. A templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.
℣. Post partum Virgo inuiolata permansisti.
℟. Dei genitrix intercede pro nobis.
℣. Ora pro nobis Beate Pater Francisce.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Deinde Sacerdos cantet.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium, Sancti Spiritus illustratione, docuisti, da nobis, in eodem spiritu, recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lętitia.

DEus, qui Ecclesiam tuam, Beati Francisci meritis fœtu nouæ prolis, amplificas, tribue nobis, ex eius imitatione, terrena despicere: & cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

Benedicat vos Omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. ℟. Amen.

Deinde habeatur sermo, actioni conueniens, ad Decretorum præscriptum. Quo finito, & Nouitio nomine imposito (quod Sanctorum sit; vt hac pia, salutari, & perpetua sui nominis recordatione, salutariter excitatus, cuius nomen gerit, eius virtutes, pios mores, & egregia facta, studiosè quidem, ac sanctè imitetur) & demum benedictione astantibus data, Nouitiorum Magister nouitium accipiat, & ad Barbitonsorem deducat; vt religioso more, iuxta probatam Religionis consuetudinem, ei clericalis Corona, vel laicalis circulus aptè fiat.

Quo autem die, quis Religionis habitum susceperit, memoria fiat in libro, huic vsui specialiter præscripto: ac præterea Prouincialis admoneatur; vt eius iussu, singula referantur in librum, in Prouinciali Archiuio perpetuò seruandum.

OR.

ORDO RECIPIENDI NOVITIOS ad Professionem.

F*Inito probationis tempore, si Nouitius, iuxta Canonitas, & Apostolicas Sanctiones, ac Regularia Sanctorum Patrum Instituta, ad professionem solemniter emittendam, repertus fuerit idoneus; pridiè, quo profiteri statuit, peccatorum suorum diligenti confessione facta; & manè sequentis diei, sumpto deuotissimè Eucharistiæ Sacramento; omnibusque, & Regula, & antiquis, perpetuoque vsu receptis, ac probatis Sanctorum Patrum Traditionibus antea seruatis: Familiæ Fratribus, & vniuersis, & singulis, Capitularis Campanæ signo, conuocatis, & capitulariter congregatis; Superior, vel alius, eius mandato, facultatem eiusmodi ab eodem habens, in sella, opportuno loco antea opportunè præparata sedeat.*

Tumque Nouitiorum Magister illuc Nouitium, ad professionem admittendum, religiosè deducat: quò cum peruenerit, & genuflexerit, Nouitium interrogabit, prout oportet: & si ad opportunas interrogationes rectè respõderit, mox de Sede ipsa, pio, ac breui sermone poterit, & grauitatem, & pietatem, & magnitudinem actionis illius, & ipsi profitenti, & reliquis astantibus significare; prout vsu venerit opportunius.

Quo finito, Superior surgens, & genua flectens, solus clara voce intonabit Hymnum. Veni Creator Spiritus, &c. vt sup. fol. 180. *quo, alternantibus Choris, finito, Superior dicat.*

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

℟. Et renouabis faciem terræ.

Oremus.

ACtiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere: v cuncta nostra oratio, & operatio, à te semper incipiat, & per te cępta finiatur, Per Christum Dominũ nostrũ. ℟. Amẽ.

Deinde Superior iterum sedeat: moxque Nouitius ante pedes eius genuflexus, positis manibus suis inter manus ipsum ad professionem admittentis, & recipientis, clara, & intelligibili voce dicat hæc verba; vel à Superiore primum dicta, ipse eadem rectè, ac ordine repetat; vel etiam de scripto legat, prout opportuniùs videbitur.

FORMA PROFESSIONIS, IN ORDINE Fratrum Minorum solemniter omittendæ.

EGo Frater N. N. voueo, & promitto Deo Omnipotenti, Beatæ Mariæ semper Virgini, Beato Francisco, & omnibus Sanctis, & tibi Pater, toto tempore vitæ meæ seruare Regulam Fratrum Minorum, per Dominum Papam Honorium confirmatam, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate.

Recipiens verò ad Professionem, ei dicat.

Et ego ex parte Dei, si hęc obseruauis, promitto tibi vitam æternam. Amen.

Quibus dictis, statim Cantores cantabunt in sexto tono Psalmum, Ecce, quàm bonum, & quàm iucundum, &c. *Et interim Superior amouebit, & dissuet à Nouitij Caputio, probationis signum.*

Psalmus 132.

ECce quàm bonum, & quàm iucundum: habitare fratres in vnum.

Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quo-

Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem: & vitam vsque in sæculum.

Finito Psalmo, Cantores canant sequentem Versiculum.

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
℟. A templo Sancto tuo, quod est in Hierusalem.

Deinde Sacerdos dicat sequentes Orationes.
Oremus.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione, docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

DEus, qui, per coæternum Filium tuum, cuncta creasti; quique mundum, peccatis inueteratum, per mysterium Incarnationis eius, renouare dignatus es: te supplices exoramus, vt super hunc famulum tuum Fratrem nostrum N., qui hodie in hoc sancto templo tuo vanitatem mundi, & pompas Diaboli, per nostræ seruitutis ministerium, voto solemni ab renunciare decreuit, ita respicere digneris, vt spiritu mentis suæ renouatus, veterem hominem cum actibus suis exuere; & nouum, qui secundùm Deum creatus est, induere mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui es via, sine qua nemo vadit ad Patrem, quæsumus clementiam tuam, vt hunc famulum tuum à carnalibus desideriis abstractum, per arctam, ac tutam regularis disciplinæ viam de-

sledncas: & qui peccatores vocare dignatus es, dicens; Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos; præsta, vt hæc vox vocationis tuæ, ita in eo conualescat; quatenus onera peccatorum deponens, & quàm dulcis es, degustans, tua refectione sustentari mereatur. Qui viuis, & regnas in sęcula sæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

SAncti Spiritus, qui te Deum, ac Dominum mortalibus reuelare dignatus es, immensam tuæ pietatis abundantiam suppliciter exoramus; vt, sicut, vbi vis, spiras; sic & huic famulo tuo Fratri nostro N. affectum piæ deuotionis inspires: & qui tua sapientia est conditus, tua quoque prouidentia gubernetur: quem etiam vnctio tua de omnibus doceat: & per intercessionem Beatæ Virginis Marię, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Beati Patris nostri Sancti Francisci, ac Beati N. & omnium Sanctorum, fac eum à sæculi vanitate ita veraciter conuerti, vt, quod hodie, te inspirante, inchoat, sic iustè, piè, ac sanctè per veram humilitatem, & obedientiam, fraterna charitate fundatus, te adiuuante, perficiat; vt in sancto Religionis proposito iugiter perseuerans, ad vitam perueniat sempiternam. Qui cum Deo Patre, & Filio eius, Domino nostro Iēsu Christo, viuis, & regnas Deus per omnia sęcula sæculorum. ℟. Amen.

Qui-

Quibus dictis, statim Cantores intonabunt, Te Deum laudamus. *Et per Claustrum ordine procedentes, ad Ecclesiam reuertentur. Finito verò Hymnos, Cantores sequentes versus cantabunt.*

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
℟. A templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.
℣. Post partum Virgo, inuiolata permansisti.
℟. Dei genitrix, intercede pro nobis.
℣. Ora pro nobis Beate Pater Francisce.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Deindè Sacerdos dicat, siuè cantet sequentes Orationes.

Oremus.

ADsit nobis, quæsumus Domine virtus Spiritus Sancti: quæ, & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis.

COncede nos famulos tuos, quęsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitete gaudere: & gloriosa Beatę Mariæ semper Virgini intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui Ecclesiam tuam, Beati Francisci meritis, fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis, ex eius imitatione, terrena despicere, & cęlestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Cantores.

℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.

Po-

Postea Superior, & professum, & astantes benedicat, dicens.

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. ℟. Amen.

FORMVLA SERVANDA pro induendis Monialibus Ordinis S.Claræ.

Superior, aut alios Sacerdos indutus albo Pluuiali, stans ante Altare: habito prius breui sermone de Mundi contemptu, petat à Nouitia, genuflexa ante Altare, an velit in sancto Virginitatis proposito perseuerare. Et accepto responso, quod sic, imponat ei nomen; & postea dicat, vel cantet.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui propter tuam maximam bonitatem, & per mortem Vnigeniti Filii tui Domini nostri Iesu Christi, Mundum labentem misericorditer restaurare dignatus es: vt nos à morte perpetua liberares, & ad gaudia perduceres Paradisi; Respice clementer, quæsumus, pietatis oculo præsentem humilem, & deuotam familiam tuam, hic hodie in tuo nomine congregatam, de qua famulus tuus Pater noster B.Franciscus (vt tibi augeatur credentium numerus) extitit institutor, vt eam supra petram fundans, & ab omnibus turbationibus mundi, carnis, & dia-

diaboli sit secura, atque incedens per tuorum semitam mandatorum: post ergastulum præsentis vitæ, meritis eiusdem Filii tui acerbissime Passionis, & intemeratæ Matris eius Virginis gloriosæ Mariæ, ac eiusdem Beati Patris Nostri Francisci, tuorumque omnium Sanctorum, vera tua gaudia possideat sempiterna. Qui cum eodem Filio tuo, & Spiritu Sancto, viuis, & regnas Deus benedictus in sæcula sæculorum. ℞. Amen.

Tunc benedicat Vestimenta, dicendo.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℞. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℞. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui Mundum, & omnia, quæ in eo sunt, propter hominem creasti; vt tantorum beneficiorum existeret tibi semper gratus: bene✝dic, & sancti✝ca, per signationem huius signi inuictissimæ Crucis ✝ tuę, hæc indumenta, quæ, de lana ouium, ad vsum hominum, produxisti; respice etiam quæsumus præsentem famulam tuam N. per charitatem Agni Immaculati dilecti filii tui Domini nostri Iesu Christi, qui debet illam secum deferre, propter pœnitentiam, ex Regula, quam promittet; virtute quorum vestimentorum omnes sanctas virtutes eius Anima spiritualiter induatur, & corpus ab omnibus pollutionibus, & infestationibus sit securum, vt exclusa omni pompa Mundi; cum

ipsis

ipsis quousque ad te perueniat: in virtutibus indeficiens perseueret. Qui viuis, & regnas cum eodem Filio tuo, & Spiritu Sancto Deus in sæcula sęculorum.
℟. Amen.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, à quo bona cuncta procedunt, clementiam tuam humiliter imploramus; vt vestimenta ista humilitatem cordis, & contemptum Mundi significantia, bene † dicere, & sancti † ficare digneris: quatenus huic famulæ tuæ, quæ pro amore tuo, illa induetur voluntariè, sint salutis protectio, Religionis cognitio, sanctitatis initium, & contra omnia tela inimici robusta defensio; vt in tuo sancto seruitio perseuerans, completo istius vitæ breuissimę cursu, Cælestis gloriæ brauio præmietur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis te induere induere dignatus es: supplicationem nostram clementer exaudi: vt intercedente B. Maria Matre tua semper Virgine, cum Beatis Apostolis tuis Petro, & Paulo, atque Francisco, & omnibus Sanctis; has vestres bene † dicas, puri † fices, & sancti † fices, quatenus ista famula tua, quæ eas induetur exterius, te interius induatur, vt deuota tibi in hac sancta Religione semper persistens: Vestimentum beatæ iucunditatis à te percipiat in futuro. Qui viuis, & regnas, &c. ℟. Amen.

Be-

Benedictio Veli Albi. Oremus.

SVppliciter te Domine deprecamur, vt super hoc candidum velum, Ancillæ tuę capiti hodie imponendum: bene † dictio copiosa à tua benignitate descendat; vt sit Velum bene † dictum, immacu † latum, & sancti † ficatum huic Ancillę tuæ. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui per Apostolum tuum docuisti, vt mulieres in Ecclesia tua Sancta (quę sponsa tua est) velato capite starent, ad ostendendum, quod amator es illibatissimę castitatis: bene † dic, & sancti † fica Velum istud, & concede, vt sicut exterius pietatis, & honestatis est signum: ita hanc Ancillam tuam, quę debet ipsum gestare, in hac sacra Religione, sine macula semper custodias, & bonis operibus abundare facias, & tandem in Cœlo Sanctorum consortio feliciter iungas. Qui viuis, &c.
℞. Amen.

Quibus finitis aspergantur Aqua benedicta, & adoleantur incenso. Deinde Sacerdos genuflectat, & incipiat. Veni Creator Spiritus: *& prosequitur à Choro, vel à circumstantibus. Interim Nouitia manu dextra accipiat Stolam Sacerdotis, & sic procedant processionaliter ad portam Monasterij, quam ingrediatur sola Nouitia: Sacerdos autem, & cæteri reuertantur in Ecclesia, et stent ante cratem maiorem. Ingressa autem Nouitia, et ab omnibus Sororibus cereos accensos in manibus tenentibus, dicatur.*

Antiphona. Veni Sponsa Christi accipe Coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum.

Per-

Perducta ad Chorum, siue ad capitulum, statim Abbatissa tondat comam eius, & interim Sacerdos, dicat.

Dominus pars hæreditatis meę, tu es qui restitues hęreditatem meam mihi.

Tonsa autem Nouitia, Sacerdos dicat.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PRæsta quęsumus, Omnipotens Deus, vt hæc famula tua, quæ hodie comam capitis pro amore Diuino, deposuit, in tua dilectione perpetuo maneat, & eam sine macula, gratia tua in sempiternum custodiat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tunc Abbatissa exuat eam vestibus secularibus, & Sacerdos dicat.

EXuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis, & renouet spiritum mentis tuæ. In nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spi † ritus Sancti. ℟. Amen.

Induendo vero eam Tunica benedicta Sacerdos dicat.

INduat te Dominus nouam creaturam, quæ, secundum Deum, creata est, in iustitia, & sanctitate veritatis. In nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spi † ritus Sancti. ℟. Amen.

Qua

Qua induta, & genuflexa ante fenestellam stans Sacerdos dicat.

℣. Saluam fac Ancillam tuam.
℞. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.
℞. Et de Sion tuere eam.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe pastor bone, qui animam tuam pro ouibus tuis posuisti: fac hanc Ancillam tuam, sacris vestibus indutam, ante conspectum tuum, cum iustitia, viuere; & ad misericordiam tuam cum fructu bonorum operum, peruenire concede; tribueque ei, in fide obedientiam, in labore virtutem, in affectu deuotionem, in actu prosperitatem, in pace lætitiam, in conuersatione gratiam, in tribulatione patientiam, in languoribus sanitatis suæ medicinam; quatenus, in hoc præsenti tempore, semitam iustitię, cum felicitate percurrat, vt te venturum Iudicem in nouissimo die, cum magna hilaritate suscipiat. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas Deus. Per omnia sæcula sęculorum. ℞. Amen.

Tunc Abbatissa, & aliæ Moniales dent ei osculum pacis, & Sacerdos dicat.

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
℞. A templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Ora pro nobis B. Pater Francisce.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Ora pro nobis B. Clara.
℟. Vt digni efficiamur, &c.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium, sancti Spiritus illustratione, docuisti; da nobis, in eodem spiritu, recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitatẽ gaudere: & gloriosa B. Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lętitia.

DEus, qui Ecclesiam tuam, Beati Francisci meritis, fœtu nouę prolis amplificas, tribue nobis, ex eius imitatione, terrena despicere, & cælestium donorum semper participatione gaudere.

FAmulos tuos, quæsumus Domine, B. Virginis tuæ Claræ votiuam commemorationem recensentes, cælestium gaudiorum, sua facias interuentione participes, & tui vnigeniti cohæredes. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sęculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.

Tunc

Tunc Sacerdos benedicat astantes, dicens.

BEnedicat, & custodiat vos Omnipotens, & misericors Dominus Pa † ter, & Fi † lius, & Spiri † tus sanctus. ℟. Amen.

Modus Recipiendi ad Professionem Moniales Ordinis S.Claræ.

Superior, vel alius Sacerdos, indutus, vt supra, Pluuiali albo, petat à Nouitia, an velit in sancto Virginitatis proposito perseuerare, ac in illo Monasterio vitam finire; et responso accepto ab ea, quod sic, genua flectens. Intonet Hymn. Veni Creator Spiritus, &c. vt supra fol. 180. *Quo alternantibus Choris, finito, Sacerdos dicat.*

℣. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terre.

Oremus.

ACtiones nostras quæsumus Domine aspirando preueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Christum, &c. ℟. Amen.

Deinde benedicat Velum nigrum, positum super Altare, & cantando, siue legendo dicat.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor, exaudi preces nostras, & hoc velum, quod famula tua, pro conseruandæ regulæ signo, se ad induendum, exposcit: bene † dicere, & sancti † ficare digneris. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

DEus ęternorum bonorum fidelissime promissor, & persolutor, qui iucunditatis vestimentum tuis fidelibus promisisti: clementiam tuam suppliciter exoramus, vt hoc velum, humilitatem cordis, & contemptum mundi significans, propitius bene † dicas, & beatę castitatis habitum, (quem te inspirante) hęc famula tua suscipit: te protegente custodiat, & quam vestibus temporalibus venerandæ Religionis induis, beatæ facias immortalitatis luce vestiri. Per Christum, &c. ℟. Amen.

Oremus.

EXaudi preces nostras omnipotens Deus, & hoc velum, quod famula tua, ad se operiendam, exposcit: vberrimæ bene † dictionis imbre perfunde, sicut perfudisti ora vestimentorum Aaron, benedictione profluentis à capite vsque ad barbam vnguenti, & sicut benedixisti vestimenta omnium Religiosorum, tibi per omnia placentium: ita etiam bene † dicere dignare, ac præsta clementissime Pater, vt famulæ tuæ N. hoc velum sit salubris protectio, Religionis cognitio, sanctitatis initium, & contra omnia tela inimici robusta de-

defensio: vt si continens est, sexagesimi fructus dono: & si Virgo, centesimi muneris opulentia, in vtraque parte, perseuerata continentia ditetur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tunc aspergatur Aqua benedicta, & adoleatur incenso.

Postea Nouitia, iunctis manibus, inter manus Sacerdotis, emittat Professionem, dicendo.

EGo Soror N. voueo, & promitto Deo Omnipotenti, Beatissimæ Marię semper Virgini, B.P.Francisco, B.Claræ, ac omnibus Sanctis, & tibi Pater toto tempore vitæ meæ seruare Regulam Sororum Pauperum S.Clarę à Domino Vrbano Papa Quarto confirmatam, viuendo in Obedientia, sine proprio, & in castitate (& etiam secundum quod per eandem Regulam ordinatur) sub clausura.

Tunc Sacerdos ei dicat.

ET ego ex parte Dei Omnipotentis, si hæc obseruaueris, promitto tibi vitam æternam.

Tunc ipsa profitens, & cæteræ astantes respondeant. Amen.

Postea Sacerdos imponat ei Velum nigrum, dicendo.

INduat te Dominus nouam creaturam, quæ secundum Deum creata es in iustitia, & sanctitate veritatis. In nomine Pa † tris, & Fi † lii, & Spi † ritus Sancti. ℟. Amen.

Et statim Abbatissa, & reliquæ omnes obsculentur nouiter Professam genuflexam. Et Sacerdos dicat, vel cantet.

℣. Elegit eam Deus, & prælegit eam.
℟. In tabernaculo suo habitare facit eam.
℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
℟. A templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.
℣. Post partum Virgo inuiolata permansisti.
℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.
℣. Ora pro nobis B.Pater Francisce.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Ora pro nobis B.Clara.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

RESpice quæsumus Domine super hanc famulam tuam N. quę hodie pro tui nominis honore, sæculo, & omnibus pompis, & vanitatibus eius, per nostræ seruitutis ministerium, voto solemni renunciauit, & eam Spiritus Sancti gratia perfunde, vt peccatis omnibus absoluta, & in ea confirmata, promissa semper impleat, & ad vitam æternam perueniat.

ADsit nobis quæsumus Domine virtus Spiritus Sancti, quæ, & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis.

COncede nos famulos tuos, quęsumus, Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa B.Mariæ semper Virginis intercessione, à pręsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Deus,

DEus, qui Ecclesiam tuam B. P. N. Francisci meritis, fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis, ex eius imitatione, terrena despicere, & Cælestium donorum semper participatione gaudere.

FAmulas tuas, quæsumus Domine, B. Virginis tuæ Claræ votiuam commemorationem recensentes, Cælestium gaudiorum sua facias interuentione participes, & tui Vnigeniti cohæredes. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia secula sæculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

Postea benedicantur Astantes.

BEnedicat vos Omnipotens Deus, Pa † ter, & Fi † lius, & Spi † ritus Sanctus. Amen.

IN RECEPTIONE NOVITIAE Ad Habitum Tertij Ordinis, seruetur idem Ordo, vt supra descriptus pro Monialibus S.Claræ, fol. 139.

Quo vero ad Professionem prædictarum Monialium Tertij Ordinis, forma præfata pro Monialibus S.Claræ fol. 144. seruanda erit; exceptis infrascriptis, hic annotatis.

Forma Professionis Monialium Tertij Ordinis.

EGo Soror N. voueo, & promitto Deo omnipotenti, Beatissimæ Mariæ semper Virgini, B.P.N. Francisco, B.Elisabeth, ac omnibus Sanctis, & tibi Pater toto tempore vitę meæ seruare Regulam sororum Pauperum Tertii Ordinis a S. Patre Nostro Francisco institutam, viuendo in obedientiā, sine proprio, in castitate, & Clausura.

Et loco Orationis S.Claræ ponatur sequens Diuæ Elisabeth. Oremus.

TVorum corda fidelium Deus miserator illustra, & B.Elisabeth precibus gloriosis; fac nos prospera mundi despicere, & cælesti semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.
℟. Amen.

FORMVLA PRO INDVENDIS FRATRIbus Tertij Ordini Sancti Francisci, domi viuentibus.

Primo benedicantur vestes in hunc modum.

℣. Adiutorium nostrum.
℟. Qui fecit.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe seminator, & inspirator religiosi propositi, quique indumentum nostræ carnis, pro salute generis humani misericorditer suscipere voluisti, & in Præsepio vilibus pannis inuolui non horruisti, respice propitius ad præces humilitatis nostræ, & has religiosas vestes, quas hic famulus tuus N. propter amorem tuum, abiecto habitu seculari, proponit induere, bene † dicere tua pietate digneris, & concede propitius, vt sicut exterius his religiosis induitur vestimentis, intus renouetur affectibus, & per intercessionem Beati Patris nostri Francisci, induere eum digneris. Qui viuis, &c.

Postea super chordam dicatur. Oremus.

DEus, qui vt seruum absolueres, Filium ligari funibus voluisti, benedic quæsumus funem istum, & præsta, vt famulus tuus N. quæ eo velut ligamine penitentiali cingetur, vinculorum eiusdem Filij tui Domini nostri Iesu Christi memor existat, & in Ordine quem assumit salubriter perseueret, & tuis, cũ effectu semper obse-

obſequijs ſe alligatum eſſe cognoſcat. Per eumdem Chriſtum, &c.

Hic habitus, & chorda aſperguntur aqua benedicta, & induitur habitu benedicto à Prælato. Et dicat ſuper eum.

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

MAieſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus, vt famulum tuum N. cui, de tua gratia præſumentes, noſtrę Religionis veſtem imponimus, digneris inter diſcipulos tuos virtute ex alto induere, iuſtitia lorica munire, & ſalutis protegere veſtimento, vt intercedente beatiſſimo Patre noſtro Seraphico Confeſſore tuo Franciſco, ſub humilitatis veſte, tibi perſeueranter deſeruiens, ad ſtolam immortalitatis, & gloriæ mereatur peruenire. Qui viuis, & regnas in ſęcula, &c.

Hinc cingitur à Prælato cingulum. Deinde Oremus.

DEus, qui beato Petro Apoſtolo tuo ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum, prędixiſti, per alium in ſenectute ipſum fore cingendum, famulum tuum N. quem, cingulo noſtrę fraternitatis pręcingimus, tua, quęſumus charitate pręcinge, tui nominis metu conſtringe, & chorda ſalutari, cor eius regulari alliga diſciplina, vt tua, ei opitulante gratia, ſolutus, & liberatus à mundo, tuoque vinctus ſeruitio in Ordinis, quem aſſumit, obſeruantia, vſque in finem iugiter perſeueret. Qui viuis, & regnas in ſęcula, &c.

Tan-

Tandem super Fratrem indutum, & præcinctum dicatur.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui mira Crucis misteria, in tuo deuotissimo Confessore Beato Francisco multiformiter demonstrasti, da famulo tuo N. ipsius semper exempla sectari, & assidua eiusdem Crucis meditatione muniri. Per Christum, &c.

FORMVLA PRO INDVENDIS sororibus Tertij Ordinis S.Francisci domi viuentibus.

Primo benedicantur vestes in hunc modum.

Est eadē quæ mox superius, sed ad fæminas accomodata tātum pro faciliori, & expeditiori legentium cōmodo.

℣. Adiutorium nostrum.
℟. Qui fecit.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe seminator, & inspirator religiosi propositi, quique indumentum nostræ carnis, pro salute generis humani misericorditer suscipere voluisti, & in Præsepio vilibus pannis inuolui non horruisti, respice propitius ad præces humilitatis nostræ, & has religiosas vestes, quas hæc famula tua N. propter amorem tuum, abiecto habitu seculari, proponit induere, bene † dicere tua pietate digneris, & concede propitius, vt sicut exterius his religiosis induitur vestimentis, intus renouetur affectibus, & per intercessionem

nem Beati Patris nostri Francisci, induere eam digneris. Qui viuis, &c.

Posteà super chordam dicatur. *Oremus.*

DEus, qui vt seruum absolueres, Filium ligari funibus voluisti, benedic quæsumus funem istum, & præsta, vt famula tua N. quæ eo velut ligamine pœnitentiali cingetur, vinculorum eiusdem Filij tui Domini nostri Iesu Christi memor existat, & in ordine quem assumit salubriter perseueret, & tuis, cum effectu semper obsequiis se alligatam esse cognoscat. Per eumdem Christum, &c.

Hic habitus, & chorda asperguntur aqua benedicta, & induitur habitu benedicto à Prælato. Et dicat super eam.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

MAiestatem tuam Domine suppliciter exoramus, vt famulam tuã N. cui, de tua gratia præsumentes, nostræ Religionis vestem imponimus, digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, iustitiæ lorica munire, & salutis protegere vestimento: vt, intercedente Beatissimo Patre nostro Seraphico Confessore tuo Francisco, sub humilitatis veste tibi perseueranter deseruiens, ad stolam immortalitatis, & glorię mereatur peruenire. Qui viuis, & regnas in sæcula, &c.

† *Hic cingitur à Prælato cingulum. Deinde Oremus.*

DEus, qui beato Petro Apostolo tuo significans, qua morte clarificaturus esset Deum, prædixisti, per alium in senectute ipsum foro cingendum, famulam tuam N. quam, cingulo nostræ fraternitatis præcingimus, tua, quæsumus charitate præcinge, tui dominis metu constringe, & chorda salutari, cor eius regulari alliga disciplina, vt tua, ei opitulante gratia, soluta, & liberata à mundo, tuoque vincta seruitio, in Ordinis, quem assumit, obseruantia, vsque in finem iugiter perseueret. Qui viuis, & regnas in sęcula, &c.

Tandem super Sororem indutam, & præcinctam dicatur.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui mira Crucis misteria, in tuo deuotissimo Confessore B. Francisco multiformiter demonstrasti, da famulæ tuæ N. ipsius semper exempla sectari, & assidua eiusdem Crucis meditatione muniri. Per Christum, &c.

FORMA PRO INDVENDIS PVERIS pro aliquo Voto.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum; & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui pro nostra salute, [illegible] piens humanam naturam, te vestimento c[illegible]

indu

induere dignatus es, benedictione sancta tua, bene † dic ista paruula vestimenta, quæ pro gratijs tibi exoluendis cum omni deuotione, sanctoque voto, ac veneratione beatissimæ Mariæ, Infans iste super te suscepturus est. Infunde in eum quæsumus, tuam sanctam bene † dictionem, vt cum primum induerit hoc Religioni simile vestimentum, intercedente B. Francisco, descendat super eum, gratia tua, & protegat illum ab omni malo mentis, & corporis. Qui viuis, &c.

Deinde aspergantur vestimenta; & illa adoleantur incenso.

Cum vero exiuit eum suis vestibus dicat.

ERipiat Dominus de corde tuo seculi pompas, quibus abrenuntiasti, dum Baptismum suscepisti.

Psalmus.

ERipe me Domine ab homine malo, a viro iniquo eripe me.

Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me, libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem; & de viris sanguinum salua me. Gloria Patri, & Filio, &c.

Postea induat eum cappa, & scapulari, & antequam cingat, dicat.

IMmitat in te Dominus sanctum Religionis amorem, sanctoque feruore succendaris, & ardeas cęlestium bonorum desiderio.

Psalmus 112.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc, & vsque in sęculum.

A Solis ortu vsque ad occasum: laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus: & super cęlos gloria eius.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cęlo, & in terra?

Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens pauperem:

Vt collocent eum cum principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lętantem. Gloria Patri, &c.

Posteà cingat eum, dicendo.

PRęcingat te Dominus Zona iustitiæ, vt immaculatus conserues omnia mandata sua.

Psalmus 150.

LAudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in cordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eũ in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum. Gloria Patri, &c.

Deinde ei candelam accensam, & dicat.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, lux vera de vero lumine, quæsumus clementiam tuam, vt per intercessionem beatissimi Francisci, mentem paruuli huius illumines, vt cum ad annos discretionis aduenerit, sancto tibi animo, corporeque deseruiat. Qui viuis.

Posteà benedicat puerum, offerendo eum super Altare, dicendo.

COnfirma Deus in puero, quod in eo operari fecisti, à templo sancto tuo, deducat eum spiritus tuus bonus in terram rectam, & benedictio tua sit super eum semper.

Deinde reddat illum parentibus, conuersus ad circumstantes, dicat.

BEnedicat vos diuina Maiestas, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

Forma pro exeundis pueris post annum expletis votis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

DOmine ſanƈte Pater, omnipotens, ęternæ Deus, à quo deſcendit omne bonum, & omne donum, tibi gratias referimus: & expleta vota reddimus, ſuſcipe vota noſtra, cum aƈtionibus gratiarum, & intercedente Beata Maria Virgine, ſanƈtoque Franciſco, huic infanti; de cœtero præſta ſalutem mentis, & corporis, vt te Creatorem reƈta fide colat, in te Redemptore ſpem ſuam confirmet, teque ſummum bonum ſuper omnia diligat, atque ſanƈtis mandatis tuis ſemper obediat. Per Dominum.

Deinde habitum exuendo dicat.

Reddite vota veſtra cum aƈtibus ſuis.

Pſalmus 116.

LAudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas Domini manet in ęternum. Gloria Patri, &c.

Deinde deponat habitum ſuper Altare, & dicat.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

SVſcipe ſanƈte Pater omnipotens ęterne Deus, vota, preceſque ſupplicum, & per interceſſionem beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſanƈtique Patris noſtri Franciſci, præſta nobis: ita beneficia tua cognoſcere, vt in gratiarum ſemper aƈtione maneamus. Per Dominum noſtrum, &c.

Posteà benedicat assistentes, dicens.

BEnedicat vos diuina Maiestas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

FORMA PRO INDVENDIS fueris pro aliquo Voto.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℞. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Est eadē quæ mox superiùs, sed pro puellis accomodata tātum pro faciliori, & expeditiori legentium cōmodo.

DOmine Iesu Christe, qui pro nostra salute, suscipiens humanam naturam, te vestimento carnis induere dignatus es, benedictione sancta tua, bene✝dic ista paruula vestimenta, quæ pro gratijs tibi exoluendis cum omni deuotione, sanctoque voto, ac veneratione beatissimæ Mariæ, Puella ista super se susceptura est. Infunde in eam quæsumus, tuam sanctam bene✝dictionem, vt cum primum induerit hoc Religioni simile vestimentum, intercedente B. Francisco, descendat super eam gratia tua, & protegat illam ab omni malo mentis, & corporis. Qui viuis, &c.

Deinde aspergantur vestimenta; & illa adoleantur incenso.

Cum vero exuit eum suis vestibus dicat.

ERipiat Dominus de corde tuo seculi pompas, quibus abrenuntiasti, dum Baptismum suscepisti.

Psal-

Psalmus.

ERipe me Domine ab homine malo, a viro iniquo eripe me.

Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me, libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salua me. Gloria Patri, & Filio, &c.

Postea induat eam cappa, & scapulari, & antequam cingat, dicat.

IMmitat in te Dominus sanctum Religionis amorem, sanctoque feruore succendaris, & ardeas cęlestium bonorum desiderio.

Psalmus 112.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc, & vsque in sęculum.

A Solis ortu vsque ad occasum: laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus: & super cęlos gloria eius.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cęlo, & in terra?

Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens pauperem:

Vt collocent eum cum principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lętantem. Gloria Patri, &c.

Posteà cingat eam, dicendo.

PRęcingat te Dominus Zona iustitiæ, vt immaculata conserues omnia mandata sua.

Psalmus 150.

LAudate Dominum in sanctis eius : laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara.
Laudate eum in tympano & choro : laudate eum in cordis & organo.
Laudate eum in cymbalis benesonantibus : laudate eũ in cymbalis iubilationis : omnis spiritus laudet Dominum. Gloria Patri, &c.

Deinde det ei candelam accensam, & dicat.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, lux vera de vero lumine, quęsumus clementiam tuam, vt per intercessionem beatissimi Francisci, mentem puellæ huius illumines, vt cum ad annos discretionis aduenerit, sancto tibi animo, corporeque deseruiat. Qui viuis.

Posteà benedicat puellam, offerendo eum super Altare, dicendo.

COnfirma Deus in puella, quod in eo operari fecisti, à templo sancto tuo, deducat eam spiritus tuus bonus in terram rectam, & benedictio tua sit super eam semper. Amen.

Dein-

Deinde reddat illam parentibus, & conuersus ad circumstantes, dicat.

BEnedicat vos diuina Maiestas, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

Forma pro exeundis puellis post annum expletis votis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, à quo descendit omne bonum, & omne donum, tibi gratias referimus: & expleta vota reddimus, suscipe vota nostra, cum actionibus gratiarum, & intercedente Beata Maria Virgine, sanctoque Francisco, huic puellæ, de cętero, pręsta salutem mentis, & corporis, vt te Creatorem recta fide colat, in te Redemptorem spem suam confirmet, teque summum bonum super omnia diligat, atque sanctis mandatis tuis semper obediat. Per Dominum.

Deinde habitum exuendo dicat.
Reddite vota vestra cum actibus suis.

Psalmus 116.

LAudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum. Gloria Patri, &c.

Deinde deponat habitum super altare, & dicat.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

SVscipe sanctæ Pater omnipotens, eterne Deus, vota, precesque supplicum, & per intercessionem beatissimæ Virginis Mariæ, sanctique Patris nostri Francisci, præsta nobis: ita beneficia tua cognoscere, vt in gratiarum semper actione maneamus. Per Dominum, &c.

Postea benedicat assistens, dicens.

BEnedicat vos diuina Maiestas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

Formula protestationis, seù Renunciationis faciendæ pro Legatis perpetuis.

NOs Frater N. Guardianus Conuentus N. & Discreti eiusdem, dicimus, ad nostram notitiam peruenisse, quod N. certam eleemosynam huic Conuentui distribuendam, perpetuò, gratis, vel forsan pro aliquibus missis, & officijs celebrandis, legasse; Cumque legata huiusmodi, nisi per simplicem eleemosynam, ex nostra Regula, nobis acceptare nō licet, per præsentes, protestamur in Domino, quod legatum prædictum, tamquam incapaces, ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus, si tamen heres, aut executor testamentarius dictam quantitatem, per viam simplicis eleemosynæ, omni obligatione, dominio, & proprietate pœnitus

nitus cessantibus, nobis liberè conferre voluerit, illam simpliciter accipiemus; & piæ testatoris voluntati, quãtum in nobis fuerit, plenè, & fideliter satisfaciemus.
Loco....... die.......Anno.
Frater N.Guardianus dico vt supra.
Frater N.N.dico vt supra.
Frater N.N.dico vt supra.

Formula Testimonialium de Moribus, & Vita, pro Fratribus ad ordinationes, promouendis.

NOs Infrascripti Guardianus, & Discreti Conuentus N.fidem facimus, Fratrem N.Clericum professum, nobiscum per Menses.......versatum, religiosè vixisse, ita vt non indignus nobis videatur, qui ad primam Tonsuram, & quatuor minores ordines promoueri possit. In quorum testimonium præsentes manu nostra subscripsimus.
Loco........die.......Anno.
Frater N.Guardianus fidem facio vt supra.
Frater N.N.fidem facio vt supra.
Frater N.N.fidem facio vt supra.

Si Clericus sit initiatus, vel insignitus aliquo ordine dicatur.

NOs infrascripti Guardianus, & Discreti Conuentus N.fidem facimus, Fratrem N.Clericum professum, nobiscum per menses......versatum, religiosè vixisse, & Ordines Minores, *vel*, Sacrum N.Ordinem deuotè, & religiosè exercuisse, ita vt non indignus nobis videatur, qui ad Sacrum N.Ordinem promoueri possit. In quorumfidem, &c. vt suprà.

Formula approbationis pro eisdem ad Ordines promouendis.

FRater N. Clericus Professus, moribus, & vita probatus, ætatis Annor..... Religionis verò.....ad Episcopo N.die.....Anno.....prima Tonsura ritè initiatus, *vel*, ordine N.insignitus, doctrina, & alijs idoneus repertus, ad quatuor minores ordines, *vel*, ad Sacrum N. Ordinem admitti potest. In quorum fidem præsentes manu nostra subscripsimus.

Loco.....die.....Anno.

Frater N.N. Examinator Prouincialis fidem facio vt supra.

Frater N.N.Examinator, &c.

Formula Absolutionis ab Apostasia.

F*Ratribus, Superioribus iussu, Capitulariter Congregatis, suisque locis Ordine stantibus, Apostata, Coràm eis constitutus, & genuflexus, flagella, disciplinæ nomine, sibi adhibeat, ac* Psalmum Miserere mei Deus, &c.*totum recitet. Quo finito, qui præest, dicat* Kyrie eleison.*Cæteris respondentibus.* Christe eleison.Kyrie eleison. *Et dicto* Pater noster, &c. *sub silentio, intelligibili voce, sequentes Versus dicantur, cum sua Oratione.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Saluum fac seruum tuum.

℟. Deus meus sperantem in te.

℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

DEus cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, & hunc famulum tuum N. N. quem Apostasiæ sententia ligat, Miseratio tuæ pietatis absoluat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde idem ipse Præses Apostatam absoluat sub sequenti forma.

AVctoritate Domini nostri Iesu Christi, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Prælatorumque nostri Ordinis mihi in hac parte commissa, ego te absoluo ab hoc vinculo excommunicationis, quo teneris, & ligaris per apostasiam: & restituo te Sanctis Sacramentis Ecclesiæ, & Communioni fidelium: dispensando tecum in omni sententia irregularitatis, suspensionis, & interdicti, si qua exinde innodatus teneris. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus sancti. Amen.

Forma absoluendi excommunicatum, iam mortuum.

SI quis excommunicatus ex hac vita decedens, dederit signum contritionis, ne Ecclesiastica careat sepultura: sed suffragijs Ecclesia, quatenus fieri potest, adiuuetur, absolui potest hoc modo. Si corpus nondum sepultum fuerit, verberetur, & absoluatur, vt infra; deinde absolutum in loco sacro sepeliatur.

Si verò fuerit sepultum in loco profano, si commodè fieri poterit, exumabitur, & eodem modo verberabitur, & post absolutionem in loco sacro sepelietur; sed si commodè exhumari non potest, locus sepulturæ verberetur, postea absoluatur: Quòd si in loco sacro sit sepultus, non ex-

exhumabitur, sed verberabitur sepulcrum. Dum autem corpus, siue sepulturam, verberat sacerdos, dicat Antiphonam.

EXultabunt Domino ossa humiliata.
Psalmum. Miserere mei, &c.

Quo finito, absoluat, dicendo.

AVctoritate mihi concessa, ego te absoluo a vinculo excommunicationis, quam incurristi, vel incurrisse celebratus es propter talem causam, & restituo te communioni fidelium. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus sancti. Amen.

Deinde dicatur Psalmus.

De profundis. *Et in fine.*
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. Pater noster, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam eius.
℣. Requiescat in pace.
℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DA quæsumus Domine animæ famuli tui, quem excommunicationis sententia constrinxerat, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & superni luminis claritatem. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Forma absoluendi à suspensione, vel interdicto extra, vel intra sacramentalem confessionem.

SI Sacerdoti sit commissa facultas absoluendi aliquem à suspensione, vel interdicto, quamuis nulla verba sint præcipuè determinata, vti poterit hac forma. Pœnitens dicat.

Confiteor, &c.

Sacerdos.

Misereatur, &c. Indulgentiam, &c.

Auctoritate mihi ab N. tradita, Ego te absoluo à vinculo suspensionis, vel interdicti, quam, vel quod, propter talem causam, incurristi, seu incurrisse declaratus es. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus sancti. Amen.

Nota, quod si absolutio fiat ad cautelam, loco illius clausulæ, quàm incurristi, *dicendum est*, si quam incurristi.

For-

Forma absoluendi, seu potius dispensandi super irregularitate.

SI dispensatio facienda sit in confessione Sacramentali, siue extra, postquam Sacerdos absoluerit à peccatis addat. Et eadem auctoritate dispenso tecum super irregularitate, *vel* irregularitatibus, *si sunt plures,* in quam, vel in quas ob talem, *vel* tales causas, *eas exprimendo,* incurristi, & habilem reddo, & restituo te executioni ordinum, & officiorum tuorum. In nomine Patris, & † Filij, & † Spiritus sancti. Amen.

Si nullum habeat ordinem dicatur.

Et habilem reddo te ad omnes ordines suscipiendos, *vel etiam ad alia, iuxta tenorem mandati. Quod si necesse sit dignitatem restituere, subiungatur.*

Et restituo tibi talem dignitatem. In nomine Patris, &c.

Nota, quòd si dispensatio fiat ad cautelam, dicendum est, Dispenso tecum super irregularitate, *vel* irregularitatibus, si quam, *vel* si quas contraxisti.

De forma absolutionis generalis, vel dandæ in visitationibus, & magnis festiuitatibus.

COnueniunt omnes Fratres in Capitulo, & Prælatus, vel alius de eius iussione facit paruum sermonem de disciplina claustralium, vel alia materia. Deinde ad nutum Prælati omnes genuflectunt, & dicunt,

Confiteor, &c.

Quo finito, Prælatus stans indutus stola, conuenientis coloris, dicit,

Misereatur vestri, &c. Indulgentiam, &c.

De-

Deinde sedendo dicit.

Si tenemini aliquo vinculo, vel aliquibus vinculis excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, in quantum se extendunt gratię, & priuilegia Ordini nostro indulta, mihi commissa, & vobis concessa, ego absoluo vos, & restituo vos Sacrosanctis Sacramentis Ecclesiæ, communioni, & vnitati fidelium. In nomine Patris, & † Filij, & † Spiritus sancti. Amen.

Item eadem auctoritate ego dispenso vobiscum super irregularitate, vel irregularitatibus, si quam, vel si quas contraxistis, & habilito vos executioni ordinum, & officiorum vestrorum.

Item eadem auctoritate ego absoluo vos ab omni transgressione Regulę, & constitutionum, & ordinationum, & admonitionum maiorum nostrorum, & ab omni pœnitentia oblita, vel neglecta, & ab omnibus aliis, de quibus consueuit fieri absolutio, in consimilibus capitulis, vel solemnitatibus, vt sitis absoluti hic, & ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, habeatisque vitam æternam, & viuatis in sæcula sęculorum. Amen.

His peractis Prælatus ipse imponit aliquam pœnitentiam, & facta facultate aliquibus ad suum beneplacitum, absoluendi à casibus reseruatis, deposita stola genuflectit, et petit, in communi, veniam ab omnibus suis subditis, quos cogat, vt idem inter se faciant: Quibus absolutis, surgit Prælatus, & cum eo reliqui, & omnes accedunt, in signum reconciliationis, ad deosculandas Prælati manus, à quo benignè, & lætè recipiuntur, hoc pacto, videlicet. Porrigit singulis Prælatus manum sinistram deosculandam, & eodem osculi tempore, ponit dexteram super caput ipsius deosculantis. Deinde omnes osculo se inuicem, & amplexi pacis complectuntur.

For-

Forma absolutionis generalis, quæ dari solet in extremis vitæ constitutis.

DOminus noster Iesus Christus, per merita suæ Sacratissimæ passionis, te absoluat, & gratiam suam tibi infundat; & ego auctoritate ipsius, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Summorum Pontificum, mihi in hac parte commissa, & tibi concessa, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, & ab omni sententia suspensionis, & interdicti, & dispenso tecum in omni irregularitate, si quam contraxisti. Eadem auctoritate ego absoluo te ab omni transgressionem votorum tui Ordinis, & statutorum Papalium, generalium, prouincialium, localium, & synodalium quorumcunque. Eadem auctoritate absoluo te ab omni officio malè persoluto, horis indebitè transpositis, vel dimissis.

Item eadem auctoritate absoluo te ab omnibus peccatis tuis, quibus, contra Deum, fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquisti, concedens tibi remissionem, & indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum, & cunctorum, de quibus etiam non recordaris, in quantùm claues Ecclesiæ se extendunt.

Item eadem auctoritate absoluo te à pœnis purgatorij, quas pro peccatis commissis, & delictis, in hoc mundo, perpetratis, meruisti, restituendo te illi innocentię, in qua eras, quando baptizatus fuisti. In nomine Patris, & † Filij, & † Spiritus sancti. Amen.

Quòd si hac vice non decesseris, reseruo tibi hanc gratiam vsque ad mortis tuæ articulum.

For-

Forma absolutionis, quæ datur electoribus in Capitulo ad effectum electionis.

Post superioris exhortationem, & Vocalium flexis genibus deuotè dicentium Confessionem sequitur absolutio.

MIsereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. Amen.

INdulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

DOminus noster Iesus Christus vos absoluat, & ego authoritate ipsius, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac sanctæ Sedis Apostolicę, mihi in hac parte commissà, & vobis concessa, absoluo vòs ab omni vinculo excommunicationis, si quam incurristis, & restituo vos vnioni, & participationi Fidelium, nec non sanctis Sacramentis Ecclesiæ, dispensando vobiscum, in omni sententia irregularitatis, suspensionis, & interdicti, si qua innodati estis, & ad effectum electionis, Canonicè, & ritè nunc per vos celebrandæ, quatenus opus sit, & indigetis, vos habilito. In nomine Pa † tris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Immediatè adhuc flexis genibus sequitur in Cantu.

VEni Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ, tu creasti, pectora.
Qui diceris Paraclitus,

Al-

Altissimi donum Dei,
Fons viuus, ignis, Charitas,
Et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere,
Digitus paternæ Dexteræ,
Tu ritè promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus:
Infunde amorem cordibus:
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemquè dones protinus,
Ductore sic te præuio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus, da, Patrem,
Noscamus atque Filium,
Teque vtriusque Spiritum,
Credamus omni tempore.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In sæculorum sæcula. Amen.

℣. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renouabis faciàm Terræ.
℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine, qui corda nosti omnium, cui omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, ostende nobis, quem elegeris accipere locum ministe-

rij

rij huius, in quo, pio in nos studio, semper tibi placitus, familiam tuam virtutibus instruat, & fidelium mentes, spiritualium aromatum odore, perfundat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

DEus, qui corda fidelium, sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis, in eodem Spiritu, recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui Ecclesiam tuam, B.P.N. Francisci meritis, fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis, ex eius imitatione terrena despicere, & Cælestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum nostrum, &c.

Declaratio Electionis.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

HÆc est electio N. in hoc loco N. N. Die N. Mensis N. anno Domini N. N. Per Patres vocales N. N. legitimè congregatos, canonicè, ac ritè celebrata. In qua quidem electione, Pater Frater N. habuit vota N.

Et ab ijs semper incipiat, qui pauciora vota habuerint, & cùm enuntiare voluerit nomen illius, qui canonicè fuerit electus, pronunciato suffragiorum numero eorum, qui suffragati sunt, iterum dicat.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

EGo Frater N. eiusdem ordinis professor, vnus ex Disquisitoribus,& Compromissariis,virtute compromissi limitati in me,& in socios meos facti,nomine meo,& nomine omnium vestrum, qui mecum in dictā electionem consensistis, nomino, & eligo in N. N. Patrem Fratrem N. N. in quem maior pars eligentium canonicè,ac ritè consensit,& sic electum denuncio.

Post publicationem cantatur Hymnus.

Te Deum laudamus,&c.

Procedendo processionaliter ad Ecclesiam, vbi Minister Generalis dicet.

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
℟. A templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.
℣. Post partum Virgo inuiolata permansisti.
℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

ACtiones,& electiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni,& adiuuando prosequere,vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cepta finiatur.

DEus, qui corda fidelium,sancti Spiritus illustratione, docuisti, da nobis,in eodem spiritu, recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

COncede, misericors Deus, fragilitati nostrę pręsidium,vt qui sanctæ Dei Genitricis memoriam agimus intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

For-

Formula ad faciendam aquam benedictam in forma Ecclesiæ consueta.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.

Deinde absolute incipit exorcismus Salis.

EXorcizo te, creatura salis, per Deum † viuum, per Deum † verum, per Deum † Sanctum: per Deum, qui te, per Eliseum prophetam in aquam mitti iussit, vt sanaretur sterelitas aquæ: vt efficiaris Sal exorcizatum in salutem credentium: & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ, & corporis: & effugiat, atque discedat à loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, & nequitia, vel versutia Diabolicæ fraudis, omnisque spiritus Immundus, adiuratus per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem.
℟. Amen.

Oremus.

IMmensam clementiam tuam, omnipotens æternæ Deus, humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis, quam, in vsum generis humani, tribuisti, bene† dicere, & sancti † ficare, tua pietate, digneris: vt sit omnibus sumentibus salus mentis, & corporis: & quicquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritalis nequitiæ. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Exorcismus aquæ, & dicatur sine Oremus.

EXorcizo te creatura aquæ, In nomine Dei † patris omnipotentis, & in nomine Iesu † Christi Filii eius Domini nostri, & in virtute Spiritus † sancti: vt fias aqua exorcizata, ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas, & cum Angelis suis apostaticis: per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi: qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem: ℟. Amen.

Oremus.

DEus, qui ad salutem humani generis, maxima quæque sacramenta, in aquarum substantia condidisti: ad esto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic multi modis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene † dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos dœmones, morbosque pellendos, diuinæ gratiæ sumat effectum, vt quidquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vnda resperserit, careat omni Immunditia: liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, discedant omnes insidiæ latentis inimici: & si quid est, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, asparsione huius aquæ effugiat: vt salubritas per inuocationem Sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum Iesum. Amen.

Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis dicendo semel.

COmmixtio Salis, & aquæ pariter fiat. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiri † tus sancti. Amen.]

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DEus inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis Imperij Rex, ac semper magnificus triumphator: qui aduersæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis sæuitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas, te Domine, trementes, & supplices depræcamur, ac petimus, vt hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuę rore sanctifices: vt vbicunque fuerit aspersa, per inuocationem Sancti tui nominis, omnis infestatio Immundi spiritus abigatur: terrorque venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia Sancti spiritus, nobis misericordiam tuam pôscentibus, vbique adesse dignetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum: In vnitate eiusdem spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Benedictio Indumentorum Sacerdotalium in genere.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritú tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui, per Moysen famulum tuum Pontificalia, atque Sacerdotalia, seu Leuitica vestimenta, ad explendum in conspectu tuo ministerium eorum: & ad decorem, seu laudem nominis tui, fieri decreuisti, adesto propitius

inuocationibus nostris : & hæc indumenta Sacerdotalia, desuper gratia tua irrigante, tua ingenti benedictione, per nostræ humilitatis seruitutem, Purifi † care, Benedi † cere, & Consecra † re digneris: vt diuinis cultibus, & sacris ministerijs apta, & benedicta existant. Hisque sacris vestibus Sacerdotes, siue Leuitæ tui induti, defensi, & muniti ab omnibus impulsionibus, seù tentationibus malignorum spirituum, esse mereantur, tuisque ministerijs aptè, & condignè seruire, & inhærere, atque in his placidè, & deuotè perseuerare tribue. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

DEus inuictæ virtutis auctor, & omnium rerum Creator, ac Sanctificator, intende propitius ad præces nostras, & hoc orarium, seu amictum, albam, cingulum, & manipulum, stolam, planetam, ac pluuiale, strictam, & dalmaticam Leuiticæ, seu Sacerdotalis glorię ministris tuis ferendas, tuo proprio ore bene † dicere, ac sancti † ficare digneris, omnesque eis vtentes, tuis ministerijs aptos, & tibi in eis deuotè, ac amabiliter seruientes, gratos effici concedas, & nunc, & per infinita sæculorum sæcula. Amen.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, qui vestimenta Pontificibus, Sacerdotibus, & Leuitis, in vsum tabernaculi fœderis, necessaria, Moysen famulum tuum agere iussisti, eumque spiritu sapientiæ ad id peragendum repleuisti, hęc vestimenta, in vsum, & cultum ministerii tui, pręparata, sanctifi † care, bene † dicere, & consecrare digneris, atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis Spiritus Sancti gratia dignanter

repleri, atque castitatis stola, beata facias, cum bonorum fructuoperum ministerii congruentis, immortalitate vestiri. Per Dominum nostrum Iesum, &c.

Posteà aspergantur aqua benedicta.

Benedictio Amictus.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

IMmensæ pietatis, & plenitudinis gratiarum infusor Deus, qui, per os prophetæ tui, dixisti, expandè amictum tuum super te, & operi ignominiam tuam, plenitudine gratię tuæ, & benedictionis tuæ: super hunc amictum, quæsumus, propitiatus extende, vt omnes, qui eo vsi fuerint, perfectam, quam designat amictus, castigationem vocis, & gulę sentiant, fiantque perfecta virtute, decori, vt ex amictibus ipsis reddantur tibi Deo omnipotenti moribus, & gratia speciosi. Qui viuis, & regnas, &c.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Albæ, seu camisi.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, qui Aaron, & filios eius, tunicis lineis, in decorem, & gloriam Sacerdotii, indui præcepisti, cum quibus ipsi sanctificati, tibi etiam in Sanctuario ministrarent, hanc, quæsimus, lineam tunicam, tuæ virtutis sanctificatione, bene † dicere, & sancti † ficare digneris; quatenùs omnes, qui, ea induti, in sancto ministerio tuo vsi fuerint, digni fiant altaris tui ministri, ipsosque septiformis gratiæ Spiritus sancti repletos, & castitatis zona præcinctos, facias, cum ministris Angelicis, immortalitatis fruitione vestiri. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Cinguli.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus innocentiæ restitutor, & puritatis amator, qui vtriusque testamenti Patres lumbos suos precingere instruxisti: quo, videlicèt carnalem lumborum luxuriam discerent, sobrietate continentiæ coarctare, sancti † fica, & bene † dic, quæsumus, Domine cingulum istud, vt omnes, qui eo cincti fuerint, ab æstu voluptatum carnalium refrigerium sentiant, & Spiritus sancti rore perfusi, que tua sunt; mundo corde,

de, & casto corpore desiderent, & sectentur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Manipuli.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui de fructu operum tuorum terram satias, & secundum opera sua retribuis, & iudicas vnumquemque, manipulum istum, per quem fructus bonorum operum designantur, tuæ bene † dictionis dono sancti † fica, quatenus ministri altaris tui, ipso vtentes manipulo, per bonorum operum fructum, digna se gaudeant assequi præmia meritorum. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Stolæ.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

INeffabilis benignitatis, & clementiæ Deus, cuius iugum suaue, onusq; leue esse,tu ipse perhibes,quique per os Sapientis, collum nos subijcere iugo tuæ sapientiæ docuisti, bene ✠ dic,quæsumus, & sanctifi ✠ ca stolam istam, iugum mansuetudinis præsignantem, vt Sacerdotes, & Leuitæ tui, qui eidem stolæ humeros, & colla submiserint, suauitatis tuæ sentiant lenitatem, quatenus inter illam magnam, & innumerabilem turbam, quam Beatus Ioannes vidit in conspectu Agni, stoli albis amictam, stolas suas lauare in ipsius Agni sanguine mereantur; ac, tanquam formosi in stola sua,& in multitudine suæ fortitudinis gradientes stola induantur gloriæ æternaliter cum electis. Per Christum Dominum nostrum.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Planetę.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritutuo.

Oremus.

DEus fons bonitatis, & iustitiæ, qui tui operis ministros ad extremum vestimento Casulæ, cuius munimine interius omnia tegerentur, vestiri sanxisti, ben ✠ dic, quęsumus, & sanctifi ✠ ca Casulam istam, & concede petitionibus nostris, vt omnes hac Casula induti,

induti, enumeratis intus omnium virtutum ornamentis, vinculum perfectæ charitatis super omnia habeāt, quo desiderare, & quo proficere, præstante te valeant. Per Christum.

Aspergatur Aequa benedicta.

Benedictio Stricta, seu Tunicellæ.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Moysi famulo tuo Leuitica indumenta, quæ ad cultum sanctuarij pertinent, facere præcepisti, bene ✠ dic, quæsumus, hanc Strictam, seu Tunicellam, vt Subdiaconatus ministerij, quibus famuli tui decenter sunt ornati, & virtutum percipiant incrementa, & vitiorum monstra deuitantes, ad te, qui via, veritas, & vita es; gratiosi valeant peruenire. Per Christum Dominum nostrum.

Aspergatur Aqua Benedicta.

Benedictio Dalmaticæ.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Celum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

DEus, omnipotens, bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor, supplices te rogamus, ac petimus, vt mentibus nostris opem tuæ benedictionis infundas, & hanc Dalmaticam, digno cultui tuo præparatam, virtute Sãcti Spiritus, be ✠ nedicere, sancti ✠ ficare, & consecra ✠ re digneris, & omnibus, eam portantibus, gratiam sanctificationis sacri ministerij tui benignè concede, vt in conspectu tuo Sancti, & immaculati, atque irreprehensibiles appareant, & auxilium tuæ misericordiæ acquirant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Linteaminum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

EXaudi Domine preces nostras, & hæc sancta linteamina, sacri Altaris vsui præparata, bene ✠ dicere, & sanctifi ✠ care digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DOmine, Deus omnipotens, qui ornamenta, & linteamina facere, Moysen seruum tuum, per qua-

draginta dies docuisti, quæ etiam Maria texuit, & fecit, in vsum ministerij Tabernaculi fęderis: sancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, & consecra ✠ re digneris hæc linteamina ad tegendum, inuoluendumque Altare gloriosum Filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate, Spiritus sancti Deus, &c.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Pluuialis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus, pater omnipotens, Rex, ac magnificus triumphator, qui per sanctos Patres nostros, qui tibi in Sacerdotali ordine placuerunt, diuersi generis ornamenta, & vestimenta Sacerdotalia fieri, & in his ornari Sacerdotes, tibi seruientes, voluisti, exaudi propitius orationem nostram, & hāc Cappam, seu Pluuiale, dextera tua sancta, bene ✠ dicere, sancti ✠ ficare, & conse ✠ crare digneris, quatenus hoc vestimentum, Ministris, & Leuitis, Sacerdotibus, ac Pontificibus tuis, ad diuinum cultum ornandum, atque explendum, proficiat, sanctisque Altaribus, mundi, & ornati in hac veste ministraturi, irreprehensibiles in actu, & dicto, interius, exteriusque appareant, & tibi soli Deo, puro corde, & mundo corpore, omnibus diebus vitæ suæ, irrepræhensibiliter sanctorum Patrum exempla sequentes, seruire valeant: ijsque sacris ministerijs, secundum tuam voluntatē, quando tibi placuerit, expletis, cęlestis regni

regni gloriam, cum omnibus nobis, sibique commissis, percipere mereantur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Thuribuli.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cęlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, ad cuius sepulchrum cum aromatibus in specie animarum sanctarum, virtutes sanctorum operum gestantium, diluculo mulieres venisse memorantur: & in cuius conspectu Angelus, habens thuribulum aureum, stetisse, & datis incensis de orationibus omnium sanctorum, ante thronum Domini adoleuisse, cœlesti iussione diuulgatur, adesto propitius inuocationibus nostris, & hunc thuribulum cœlesti bene ✠ dictione perfunde, vt quicunque ex eo thimiamatis, vel thuris fragrantiam senserint tua donante immensa clementia, odores orationum ante conspectum Maiestatis tuæ per manus sanctorum emittant Angelorum, atque persoluant, Saluator mundi. Qui viuis, & regnas.

Aspergatur Aqua benedicta.

Bene-

Benedictio sacrorum vasorum, & aliorum ornamentorum in genere.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

EXaudi Domine preces nostras, Pater clementissime, & hæc purificanda vasa, & ornamenta sacri Altaris, atque Ecclesiæ tuæ, sancti ministerij tui vsui præparata, bene ✠ dicere, sancti ✠ ficare, & consecrare digneris. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Oremus.

OMnipotens, sempiterne Deus, à quo omnia immunda purgantur, & in quo omnia purgata clarescunt, supplices filij tui tuam omnipotentiam inuocamus, vt ab his vasis, ornamentis, & ministerijs, quæ tibi offerunt famuli tui; omnis spiritus immundus concussus, longè discedat, & per tuam bene ✠ dictionem, ad vsum, & ministerium sancti Altaris, & Ecclesiæ tuę, sanctificata permaneant. Per Christum Dominum, &c.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio generalis ad quacunque volueris.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

BEne ✠ dic, Domine, creaturam istam N. vt sit remedium salutare generi humano, & præsta, per inuocationem sancti nominis tui, vt quicunque ex ea, vel eo sumpserint, vel vsi fuerint, salutem animæ, & corporis suscipiant sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Crucis, quæ ponitur super vestimentum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

BEne ✠ dic Domine Iesu Christe hanc Crucem, per quam eripuisti mundum à potestate Dæmonum, & superasti, passione, suggestorum peccati, qui gaudebat in præuaricatione primi hominis, per ligni vetiti præsumptionem. Qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto, &c.

Aspergatur Aqua benedicta.

Bene-

Benedictio panni, quo tegendum, & seruandum est Corpus Dominicum.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus bene ✠ dic linteamen iſtud, ad tegendum, inuoluendumque Corpus, & Sanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum viuit, &c.

Aſpergatur Aqua benedicta.



Benedictio Corporalium, & Pallarum.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cęlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

CLementiſſime Domine, cuius inenarrabilis virtus, cuius myſteria, arcanis mirabilibus, celebrantur, tribue quæſumus, vt, hoc linteamen, tuæ protectionis bene ✠ dictione, ſanctificetur, ad conſecrandum, ſuper illud, Corpus, & Sanguinem Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum, &c.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus bene ✠ dic, & sancti ✠ fica linteamen istud ad tegendum,& inuoluendum Corpus, & Sanguinem Filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui viuit, & regnat in sęcula sæculorum.
℟. Amen.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, manibus nostris opem tuę bene ✠ dictionis infunde, vt, per nostram bene ✠ dictionem, hoc linteamen sanctificetur, & Corporis, ac Sanguinis Redemptoris nostri nouum Sudarium efficiatur. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Imaginis B. Mariæ virginis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.

Antiphona.

SVb tuum præsidium confugimus, S. Dei Genitrix virgo, nostras deprecationes, ne despicias in necessitatibus: sed à periculis cunctis libera nos semper virgo Gloriosa, & benedicta.

Psalmus 86.

Dũ dicitur Ps. incensatur Imago.

FVndamenta eius in montibus sanctis diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei.

Memor

Memor ero Rahab, & Babylonis: ſcientium me.
Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.
Nunquid Sion dicet, Homo, & homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam Altiſſimus?
Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & principum: horum, qui fuerunt in ea.
Sicut lętantium omnium: habitatio eſt in te. Gloria Patri, &c.

Antiphona.

Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Pſalmus 120.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis.
Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dominorum ſuorum.
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.
Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.
Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis. Gloria Patri, &c.

Oremus.

DEus, qui Virginalem Aulam Beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es: da quæſumus, vt ſua nos defenſione munitos, iucundos facias ſuæ intereſſe venerationi. Qui viuis, &c.

Antiphona.

O Gloriosa Domina, Dei genitrix, Virgo semper Maria: quæ Dominum omnium meruisti portare, & Regem Angelorum: sola virgo, lactare: nostri, quæsumus, piè memorare, & pro nobis Christum deprecare: vt, tuis Sanctis patrocinijs fulti, ad cęlestia Regna mereamur peruenire.

Deinde dicitur Canticum Beatæ Mariæ.

MAgnificat anima mea Dominum.
Et exultauit spiritus meus: in Deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillę suę: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctum nomen eius.
Et misericordia eius à progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordiæ suæ.
Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in sęculum. Gloria Patri, &c.

Oremus.

DEus, qui de B. Marię Virginis vtero, Verbum tuũ, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt qui verè eam genitricem Dei credimus, eius, apud te, intercessionibus adiuuemur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui, clementiæ tuæ dispositione, cuncta ex nihilo creasti, hanc Imaginem in honorem pijssimæ Genitricis Filij tui Domini nostri Iesu Christi venerabiliter adaptatam bene-✠dicere, & Sancti ✠ ficare digneris, & præsta misericordiosissime Pater, per inuocationem nominis tui, atque vnigeniti Filij tui, Domini nostri Iesu Christi, quem pro salute humani generis, integritate Virginis Mariæ seruata, incarnari voluisti: quatenus, præcibus eiusdem sacratissimæ Virginis, quicunque eandem misericordiæ Reginam gloriosissimam, Dominam nostram, coram hac effigie, suppliciter honorare studuerint, & de instantibus periculis eruantur, & in conspectu diuinæ Maiestatis tuæ, de commissis, & omissis veniam impetrent, atque mereantur, in præsenti, gratiam, quam desiderant adipisci, & in futuro, perpetua saluatione, cum electis tuis, valeant gratulari. Per eundem Christum Dominum nostrum, &c. Amen.

Oremus.

DEus, qui Beatissimam Virginem Mariam matrem tuam, mundi Dominam, cordis illuminatricem, atque nauigantium in fluctibus huius sęculi maris Stellam, & Ducem, secundum sacratissimum nomen suum constituisti: concede, quæsumus, vt qui hoc dulcissimum nomen recolendo veneramur, & eius Imaginem honoramus, in cunctibus actibus nostris, ab ipsa gubernari, illuminari, atque dirigi mereamur. Qui viuis, & regnas, cum Deo Patre, in vnitate, &c. Amen.

Aspergatur Aqua Benedicta, & thurificetur.

Benedictio Ichonarum, seu Imaginum Dei, vel Sanctorum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, Maiestatem tuam suppliciter exoramus, vt Ichonam hanc, in qua gloriosissimæ Imagines, & Filij tui Domini nostri Iesu Christi, & Gloriosæ Virginis Mariæ matris eius, aliorumque Sanctorum NN. depictæ sunt, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, ante quam quicumque, ob deuotionem, ad ipsam adorandam, se deuotè inclinauerint, salutem mentis, & corporis consequantur, & à cunctis periculis liberentur: & quicquid iuste petierint, obtinere mereantur. Per eundem Dominum nostrum, &c. Amen.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Sanctorum tuorum Imagines, seu effigies, sculpi, aut pingi non repudias, vt quoties illas, oculis corporeis intuemur, totis, eorum actus, & sanctitatem, ad imitandum, memoriæ oculis meditemur, hanc, quæsumus, Imaginem, seu sculpturam, in memoriam, & honorem tui, *vel*, beati N. Apostoli tui, *vel*, Martiris, *vel* Confessoris, *aut* Pontificis, *aut* Virginis adaptatam, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, & præsta, vt quicunque, coram illa, te, *vel* Filium tuum, *vel* Beatissimam Virginem,

vel

vel gloriosum Apostolum, Martyrem, Confessorem, aut Virginem, suppliciter, honorare studuerit, illius precibus, & obtentu, à te gratiam in præsenti, & æternam gloriam obtineat in futuro. Per Dominum nostrum, &c.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio, seù aspersio aquæ benedictæ per Conuentum, vel *per officinas illius*.

Sacerdos aspersurus aquam benedictam per Conuentum, vel *per officinas*.

Incipiat in Sacristia. Psalm. 131.

MEmento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius.
Sicut iurauit Domino: votum vouit Deo Iacob.
Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectum strati mei.
Si dedero somnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum Domino: tabernaculum Deo Iacob.
Ecce audiuimus eam in Efrata: inuenimus eam in campis siluæ.
Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.
Surge Domine in requiem tuam: tu, & arca sanctificationis tuæ.
Sacerdotes tui induantur iustitiā: & Sancti tui exultēt.
Propter Dauid seruum tuum: nō auertas faciem Christi tui.
Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filij eorum vsque in sęculum: sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.
Hæc requies mea in sęculum sęculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo.
Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.
Gloria Patri, &c.

Antiphona.

Domum istam protege Domine, & Angeli tui sancti custodiant muros eius.
℣. Domine dilexi decorem domus tuæ.
℟. Et locum habitationis gloriæ tuę.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui sacerdotum ministerio, ad tibi seruiendum, & supplicandum, vti dignaris, quæsumus immensam clementiam tuam, vt quicquid modo visitamus, visites, & quicquid bene † dicimus, bene † dicas, sitque ad nostrę humilitatis intuitum, sanctorum tuorum meritis, fuga Dæmonum, Angeli pacis ingressus: Per Christum dominum nostrum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Postea procedat ad dormitorium, & ibi dicat.

Psalm. 4.

CVm inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi.
Miserere mei: & exaudi orationem meam.
Filii hominum vsquequò graui corde? vt quid diligitis vanitatem,& quæritis mendacium?
Et scitote quoniam mirificauit Dominus sanctũ suum: Dominus exaudiet me, cùm clamauero ad eum.
Irascimini; & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.
Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino: Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?
Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo:
A fructu frumenti, vini,& olei sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsum: dormiam,& requiescam.
Quoniam tu Domine singulariter in spe: constituisti me. Gloria Patri, &c. *Antiphona.* Salua nos Domine vigilantes, custodi nos dormientes, vt vigilemus cum Christo, & requiescamus in pace.
℣. In pace in idipsum. ℞. Dormiam,& requiescam.

Oremus.

BEne † dic Domine hoc dormitorium famulorum tuorum, qui non dormis, neque dormitas custodiens Israel; & famulos tuos, in hac domo quiescentes post laborem, custodi ab illusionibus phantasmaticis Satanæ, vt vigilantes, in præceptis tuis meditentur, & dormientes,te,per soporem, sentiant, & hic, & vbique defensionis tuę muniantur auxilio. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

In infirmaria, dicat. *Psal. 6.*

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: Sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: Sed tu Domine vsquequo?
Conuertere Domine, & eripe animam meam: Saluum me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in Inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrimis stratum meum rigabo.
Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.
Erubescant, & conturbentur omnes inimici mei: conuertantur, & erubescant valde velociter.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula sæculorum. Amen.

Antiphona. Aspice Domine, de sede sancta tua, & cogita de nobis: inclina, Deus meus, aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & vide tribulationem nostram.
℣. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum.
℟. Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Ore-

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, quęsumus immensam pietatem tuam; vt, ad intuitum humilitatis nostræ, hunc locum Infirmitorii, & hos famulos tuos, in eo fessos, iacentes salutiferè visitare digneris: & sicut visitasti, Domine, Tobiam, Socrum Petri, & puerum Centurionis, ita & isti, pristina sanitate animæ, & corporis recepta, gratiarum tibi, in Ecclesia tua, referant actiones. Per Christum Dominum nostrum. Amen. *Si solus fuerit infirmus Oratio dicatur in singulari.*

Aspergatur aqua benedicta.

In Refetorio, dicat. Psalm. 127.

BEati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in viis eius.
Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.
Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.
Filii tui sicut nouellæ oliuarum: in circuitu mensæ tuæ.
Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.
Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ierusalem, omnibus diebus vitę tuæ.
Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.
Antiphona. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escas in tempore opportuno, aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.
℣. Edent pauperes, & saturabuntur.
℟. Et laudabunt Dominum, qui requirunt eum.

Oremus.

OMnipotens misericors Deus, qui famulos in hac domo, alis refectione carnali, vt cibum, vel potum, te bene† dicente, cum gratiarum actione percipiant præsta quæsumus, vt hic, & in æternum per te salui esse mereantur. Per Christum, &c. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

In Coquina, dicat. Psalm. 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas iustitię: propter nomen suū.
Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis; non timebo mala, quoniam tu mecum es.
Virga tua, & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos, qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus, quam pręclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vitæ meæ.
Et vt inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.
Antiphona. In loco pascuę ibi me collocauit.
℣. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus,
℟. Qui habitare facis vnanimes in domo.

Oremus.

DEus æternæ, ante cuius conspectum assistunt Angeli, in cuius nutu reguntur vniuersa, qui etiam necessariis humanæ fragilitatis, tua pietate, consulere non desinis, te humiliter imploramus, vt habitaculum istius officinę, illa bene † dictione, perfunda, qua, per manus Elisei Prophetæ, in olla hæremitica gustus amarissimos dulcorasti, & semper hic, tuę benedictionis copia redundante, laudes tibi referant serui tui, qui das escam omni carni, & imples omne animal benedictione † Saluator noster. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen. *Aspergatur Aqua benedicta.*

In Cellario, dicat. Psalm. 143.

BEnedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium: & digitos meos ad bellum.
Misericordia mea, & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus.
Protector meus, & in ipso speraui: qui subdit populum meum sub me.
Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?
Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereunt.
Domine inclina cœlos tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt.
Fulgura corruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabit eos.
Emitte manum tuam de alto eripe me, & libera me de aquis multis: & de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum, dextera iniquitatis.

Deus

Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio dechacordo psallam tibi.
Qui das salutem regibus: qui redemisti Dauid seruum tuum, de gladio maligno eripe me.
Et erue de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorum filii sicut nouellæ plantationes: in iuuentute sua.
Filiæ eorum compositæ: circum ornate, vt similitudo templi.
Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.
Oues eorum fætosæ, abundantes in egressibus suis: boues eorum crassæ.
Non est ruina maceriæ: neque transitus, neque clamor in plateis eorum.
Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: beatus populus, cuius Dominus Deus eius.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sęcula sæculorum. Amen.
Antiphona. Ecce ego mitto vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini in eis, dicit Dominus, ideoque exultate, & lætamini in Domino Deo vestro.
℣. Emitte Domine benedictionem super cellaria tua.
℟. Et super opera manuum tuarum.

Oremus.

Omnipotens, & misericors Deus, qui vbique præsens es, Maiestatem tuam, suppliciter, exoramus, vt huic promptuario gratia tua adesse dignetur: quæ, cuncta aduersa ab eo repellat, & abundantiam be-

bene ✝ dictionis tuæ largiter infundat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

In Claustro dicat. *Psalm.83.*

QVam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, & caro mea: exultauerunt in Deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum, vbi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum: rex meus, & Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum in loco, quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies vna in atriis tuis: super millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus: gratiam, & gloriam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

An-

Antiphona. Congregauit nos in vnum Christi amor, timeamus, & amemus Christum Deum: vbi charitas, & amor, ibi Deus est.
℣. Ecce quàm bonum, & quàm iocundum.
℟. Habitare fratres in vnum.

Oremus.

OMnipotens, sempiterne Deus, qui nos, singulari prærogatiua gratiæ, in hoc Religionis claustro, misericorditer, congregasti, da nobis famulis tuis, ita in eodem, laudabiliter, tibi seruire, & in fraternitatis amore, & sincera dilectione, ac mutua pace conuiuere, vt tandem ad illam patriam, in qua omnia secura, firma, tranquilla, & stabilia sunt, te largiente, perueniri valeamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Ad portam principalem dicat. *Psalm.* 147.

LAuda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.
Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.
Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit christallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit.
Emittet verbum suum, & liquefaciat ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Iacob: iustitias, & iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Antiphona. Confortauit Dominus seras portarum nostrarum, & benedixit nobis.

℣. Hæc est porta Domini.

℟. Et iusti intrabunt in eam.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui in introitu portarum Ierusalem, valuas sanctificasti, dum splendorem gemmarum duodecim, totidem Apostolorum nomina præsignasti, & qui, per organum propheticum prędixisti, lauda Ierusalem Dominum, quia confortauit seras portarum tuarum, & benedixit filiis tuis in te: te quæsumus, vt ponas omnes fines domus istius pacem, & velociter currens interius sermo tuus adipe frumenti satiet eos: Spiritus Sanctus defendat illos, vt nunquam nocere eis præualeat inimicus: sed omnes habitantes in ea interius voce, corde, & opere decantent dicentes. Magnus Dominus Deus noster, Iesus Christus, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Qui cum Deo Patre, in vnitate eiusdem Spiritus Sancti in Trinitate perfecta viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.
℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Ingressus Iesus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic Princeps erat publicanorum, & ipse diues: & quærebat videre Iesum, quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cùm venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zacheæ festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cùm viderent omnes, murmurabant, dicentes, quòd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est; eò quòd & ipse filius sit Abrahę. Venit enim Filius hominis quęrere, & saluum facere, quod perierat.

Antiphona. Beata gens cuius est Dominus Deus eorum populus electus in hæreditatem.

Kyrie eleison.

Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Custodi nos Domine vt pupillam oculi.

℟. Sub vmbra alarum tuarum protege nos.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui in omni loco dominationis tuæ dedicator semper assistis, exaudi nos, quæsumus, vt inuiolabilis huius domus permaneat benedictio, & beneficia tui muneris vniuersitas, quæ supplicat mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

VIsita quæsumus Domine, habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longè repelle, vt Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant, & benedictio tua sit super nos semper. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea addantur orationes de Sancta Maria, & de alijs Sanctis, ad libitum.

In reditu ad Ecclesiam. Psalm. 90.

QVi habitat in adiutorio Altissimi: in protectione Dei cœli commorabitur.

Dicet Domino, susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante, in die à negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.
Quoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.
Non accedet ad te malum:& flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam Angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis.
In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aspidem, & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.
Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.
Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum. Gloria Patri.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Memento congregationis tuæ.
℟. Quam possedisti ab initio.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine Dei, & Domini nostri Iesu Christi Filij tui dilectissimi mereamur semper bonis operibus abundare. Per eundẽ Christum Dominum nostrum. Amen.

Be.

Benedictio ad Initium alicuius boni operis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, à quo omne bonum sumit initium, & semper ad potiora progrediens, percipit incrementum, concede quæsumus, supplicantibus nobis, vt quod ad laudem nominis tui, inchoare aggredimur, æterno tuæ paternæ sapientiæ munere, perducatur ad terminum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Benedictio communis super Vineas, & fruges.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui vineam tuam, ex Ægypto eductam, mirabiliter plantasti, preces benignus exaudi, vt in hac vinea famulorum tuorum bene † dictio cælestis copiosa descendat, & quod in ea, ad vsum humani ge-

neris, tribuere dignatus es, multiplicetur redundando, & rorem bene † dictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

TE Domine sancte Pater omnipotens, ęterne Deus, supplices depræcamur, vt misericordia tua, iugiter nobis concedas sufficientem messium copiam, & fructuum omnium largitatem tribuas: vinearum quoque substantiam abundanter, arborum fœtus prouentusque omnium rerum: at que ab ipsis omnibus, pestiferum sydus, tempestatis procellam, & grandinis fragorem, & vniuersa mala amouere digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, multiplica super nos misericordiam tuam, & preces nostras benignus exaudi, vt in has fruges famulorum tuorum veniat speratæ bene † dictionis vbertas, vt repleti, de frugibus tuis, in tuo nomine, & de tua gratia semper exultent. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus maiestatem tuam supplices exoramus, vt has terræ nostræ segetes, ad maturitatem fertilitatis perducere digneris: vt esurientium animas bonis affluentibus repleas, & ægeni, & pauperes laudent nomen tuum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Be-

Benedictio panis in festo Sancti Blasij.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens,& mitissime Deus,qui omnium mundi rerum diuersitates, solo verbo, creasti, &, ad hominum reformationem, illud idem Verbum, per quod facta sunt omnia, Incarnare voluisti,qui magnus es, & Immensus, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia, pro cuius fidei confessione, gloriosus martyr, & Pontifex Blasius diuersorum tormentorum genera non pauescens, martirij palmam fæliciter est adeptus: quique eidem,inter cœteras gratias,hanc prærogatiuam contulisti, vt quoscunque gutturis morbos, tua virtute, curaret, maiestatem tuam,suppliciter,exoramus, vt,non inspectu nostri reatus, sed eius placatus meritis,& precibus,hanc creaturam panis bene † dicere, & sancti † ficare, tua venerabili pietate, digneris, tuam gratiam infundendo: vt omnes, qui ex eo, bona fide, gustauerint, & à quocunque gutturis morbo grauatos se senserint, ipsius passione, & meritis liberentur, & in Ecclesia sancta tua,sani,& hilares tibi gratiarum referant actiones, & laudent nomen tuum gloriosum, quod est benedictum in sæcula sæculorum. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Panis in festo Sanctæ Agathæ.

Primo dicatur. Psalm.66.

DEus misereatur nostri,& benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos,& misereatur nostri.
Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.
Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.
Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitáte, & gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi Deus:confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.
Benedicat nos Deus,Deus noster,bènedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Postea dicat. Kyrie eleison.
Christe eleison.Kyrie eleison.
Pater noster, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Ora pro nobis Beata Agatha.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, fili Dei viui, qui es panis viuus, qui de Cœlo descendisti, bene ✠ dic, & sanctifica hos panes, positos, in honorem beatæ Agathæ virginis,& Martyris tuæ deportatos,& concede,per intercessionem eiusdem virginis, & martyris,vt vbicumque contra ignem comburentem missi, vel positi fuerint, illicò ignis euanescat, & pęnitus extinguatur. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, & Spiritu Sancto in sęcula sęculorum. Amen.

Posteà benedicat Panes, signans eos signo Sanctæ Crucis, dicens.

BEnedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiri ✠ tus Sancti, per intercessionem Beatæ Agathæ virginis, & martyris tuæ, descendat, & maneat super hos panes, & super omnes ex eis gustantes. Pe eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Panis pro infirmis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, descendat bene † dictio Pa † tris, & Filij, & Spi † ritus Sancti super hanc creaturam Panis, vt quicunque ex ea sumpserit, accipiat sanitatem mentis, protectionem corporis, tutelam salutis, integritatem charitatis, consolationem spei, roborationem fidei, virtutem constantiæ, & visitationem Spiritus Sancti. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat, in vnitate eiusdem Spiritus Sancti Deus. Per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Panis sancti Nicolai de Tolentino.

Primo dicitur Hymnus.

TE canunt omnes Nicolae gentes,
Te pij patres simul, atque matres
Voce te laudant pueri canora,
Votaque soluunt.
Efferunt cęci, resonantque muti,
Quos tua cunctos ope liberasti,
Mira decantant tua facta claudi,
Laude perenni.
Eruti per te maris è periclis,
Quosque tu morbis varijs grauatos,
Mille sanasti, tua dona cuncti
Magna fatentur.
Quosque vexatos pius expiasti,
Dœmonum dira feritate, quosque
Consequi rursum veteris dedisti,
Lumina vitæ.
Diue, cęlestis habitator aulæ,

Diue, cui tantum tribuunt superni,
Posse, quem totum dominator alti
Auxit Olympi.
Laus patri summo, genitoque semper,
Quique procedit Deus ex vtroque
Spiritus sanctus, Deus vnus idem,
Laus tibi semper. Amen.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis. Factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens. Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi. Præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te. Surrexit, & abijt in Sarephta. Cumque venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna; & vocauit eam, dixitque ei. Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam. Cumque illa pergeret, vt afferret; clamauit post tergum eius, dicens. Affer mihi, obsecro, & buccellam panis in manu tua. Quæ respondit. Viuit Dominus Deus tuus; quia non habeo panem: nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna, vt ingrediar; & faciam illud mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quam Elias ait. Noli timere; sed vade, & fac, sicut dixisti. Verumtamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me; tibi autem, & filio tuo facies postea. Hæc autem dicit Dominus Deus Israel. Hydria farinæ non deficiet; nec lecythus olei minuetur, vsque in diem; in qua daturus est Dominus pluuiam super faciem terræ. Quæ abijt, & fecit iuxta verbum Eliæ. Et comedit ipse, & illa, & domus eius. Et ex illa die, hydria farinæ non defecit; & lecythus olei non est imminutus: iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ. ℟. Deo gratias.

℟. Respexit Elias ad caput suum subcinericium panem; qui surgens comedit, & bibit: Et ambulauit, in fortitudine cibi illius, vsque ad montem Dei.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Abijt Iesus trans mare Galileę, quod est Tiberiadis; & sequebatur eum multitudo magna; quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Subijcit ergo in montem Iesus; & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset; quia multitudo maxima venit ad eum: dicit ad Philippum. Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat, quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis: vt vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius; Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus. Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia. Accepit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset; distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant. Vt autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite, quæ superauerunt fragmenta; ne pereant. Collegerunt ergo; & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his, qui manducauerant. Illi ergo homines, cum vidissent, quod fecerat Iesus signum, dicebant. Quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum.

℟. Laus

℟. Laus tibi Christe. ℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui benedixisti quinque panes in deserto: multiplica super fideles tuos misericordiam tuæ pietatis: quemadmodum fecisti cum patribus nostris, in tua misericordia sperantibus: & bene ✠ dicere, & Sancti ✠ ficare digneris hanc creaturã panis, quem ad subsidium tuorum fidelium tribuisti: quatenus à quocunque sumptus fuerit bene ✠ dictionis tuæ opulentia repleatur, & gratiarum actione: per te in visceribus ipsorum sanctificetur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DOmine sancte Pater omnipotẽs, sempiterne Deus; qui per potentiam tuam, panem istum, in forma visibili, tribuisti: & magnitudine largitatis tuæ, humanis vsibus, emanare de segete iussisti: te suppliciter exoramus, vt hunc panem, quem negligentia nostra polluit: Sancti Spiritus gratia ad munditiam reuocet, & Sancti ✠ ficet: mundet, ac purificet, & turpitudo callidi hostis abscedat: ac familiæ tuæ deinceps, cum benedictione, comestibilis tribuatur, & comedentium mundentur corda, & corpora ipsorum per tuam gratiam sanctificentur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

PRecamur, Domine Deus, tuæ pietatis clementiam, vt panẽ istum, cælesti bene † dictione, sanctifices, & ita, ex hoc, fugare digneris omnẽ diabolicæ tentationis

incursum: vt, quicunque ex eo comederit, totius virtutis, & sanitatis dulcedine perfruatur; & tibi, sanctificatori: ac Saluatori omnium, gratias, cum gaudio, & lętitia agere mereamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

TE igitur suppliciter deprecamur: vt bene † dicere, & Sancti † ficare digneris hanc creaturam panis: vt quicunque ex eo gustauerit, per intercessionem dilecti filij tui Nicolai de Tolentino consequatur vitam ęternam: & extingue ab omnibus dignè sumentibus, si quid veneni, si quid mortiferæ operationis fuerit, & clementer eos defende. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DEus, & pater Domini nostri Iesu Christo, cuius verbo, cœli firmati sunt, cui omnia subdita sunt, cui omnis creatura deseruit; & potestas subiecta est, & metuit, & expauescit: nos ad te auxilium prouocamus, cuius audito nomine, serpens conquiescit; Draco fugit; silet vipera; & omnia venenata, etiam adhuc fortia animalia reptantia noxia terrentur, & omnes aduersæ salutis humanæ, radicęs arescunt. Te ergo domine, suppliciter deprecamur, vt bene † dicere, & Sancti † ficare digneris hanc creaturam panis, vt quisquis ex eo comederit, per intercessionem Sancti tui Nicolai de Tolentino vitam ęternam consequatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta, & incensetur. Postea fiat distributio.

Dum

Dum fit distributio dicitur sequens Hymnus.

LAudibus summis celebremus omnes,
Regis ęterni memoranda dona,
Mentibus lętis modulemur eius
Grandia facta.
Qui dedit quondam fidei coruscans
Sydus ex altis, oriensque cœlis,
Sancta quem mundo peperit beatum
Monica patrem.
Ex suo te nunc grege procreatum,
Multa post tandem reuoluta sęcla,
Contulit dignum Nicolae nobis,
Eius alumnum.
Cuius ingentes, memoresque gestas
Res queat nemo satis explicare,
Cuius excelsas, celebresque laudes
Nemo referre.
Diue, cœlestisque habitator aulæ,
Diue, qui tantis meritis opimis
Viuis, & gaudens super alta cęli
Astra triumphas.
Laus patri summo, genitoque semper,
Quique procedit Deus ex vtroque,
Spiritus sanctus, Deus vnus idem,
Laus tibi semper. Amen.

Antiphona.

Nicolaus verò Christi pauper, virgo à Deo electus: obedientiam iugiter seruans: Eremitarum ordinem signis, & virtutibus decorauit.
℣. Ora pro nobis beatę Nicolae.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Si talis Benedictio fiat ante Missam, vel in Quadragesima, dicatur sequens Oratio.

Concede, quæsumus omnipotens Deus: vt ecclesia tua, quæ beati Nicolai confessoris tui virtutum, & miraculorum gloria coruscat, eius intercessione, & meritis, perpetua pace, atque vnitate lętetur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Si autem post Missam dicatur. Oratio.

Populum tuum Domine, quę sumpsimus, Sacramenta custodiant: vt qui Sancti Nicolai de Tolentino Confessoris iugiter implorant auxilium, petitionum suarum salutarem consequantur effectum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Vltimò aspergatur Aqua benedicta.

Cum maxima reuerentia tenebis hunc panem in domo, pro occurrentibus necessitatibus: quia ab Eugenio Pap. laudata fuit huiusmodi benedictio, & approbata.

Benedictio Panis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe panis Angelorum, panis viuus ęternæ vitæ, bene ✠ dicere dignare panem istum:

istum: sicut benedixisti quinque panes in deserto, vt omnes ex eo gustantes, inde corporis, & animæ percipiant sanitatem. Qui viuis, & regnas. Amen.

Oremus.

DOmine sanctePater omnipotēs, sempiterne æterne Deus; bene✠dicere digneris hanc panē tua sanctā spirituali benedictione: vt sit omnibus sumentibus salus mentis, & corporis, atque contra omnes morbos, & vniuersas inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, panem viuum, qui de cęlo descendit, & dat vitam, & salutem mundo, & tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus per omnia sęcula sęculorum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Puerorum à Parentibus ad Ecclesiam abductorum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

QVæsumus omnipotens Deus, puero huic, pro quo tuam deprecamur clementiam, bene✠dicere digneris, & per virtutem Sancti spiritus, cor eius corrobora, vitam sanctifica, castimonia decora, & sensus eius in bonis operibus munitas, & informes prospera tribue, pacem concede, salutem confer,

charitatem largire, & ab omnibus diabolicis, atque humanis insidijs, tua protectione, & virtute semper defende, & in finem ad requiem Paradisi perducere digneris. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate eiusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sęculorum. Amen.

Postea dicitur Psalmus.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & vsque in sęculum.
A Solis ortu vsque ad occasum: laudabile nomen Domini.
Excelsus super omnes gentes Dominus: & super cęlos gloria eius.
Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cęlo, & in terra?
Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lętantem. Gloria Patri, &c.

Antiphona.

LAudate pueri Dominum, laudate nomen Domini, quod est benedictum, ex hoc, nunc, & vsque in sęculum.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleis. Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Benedic Domine huic puero, & inuocetur super

eum

eum nomen Dei viui.
℟. Et benefacias ei in omni tempore Domine Deus noster.
℣. Sinite paruulos venite ad me, & nolite prohibere eos.
℟. Talium est enim Regnum Cęlorum.
℣. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis.
℟. Quia Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in Cęlis est.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

RESpice quæsumus Domine ad pueri præsentis devotionem, vt in tua gratia, & misericordia proficiscatur, & crescat, & ad finem optatum feliciter producatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

CLementissime Domine, suscipere digneris famuli tui innocentiam, & parentum suorum fidem, & voces omnium, salutem hanc clamantium, infunde, super eum, spiritualium dona virtutum, vt nullus inimicus humani generis eum, fraude, decipiat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, fili Dei viui, qui cum Patre, & Spiritu sancto es Deus trinus, & vnus, te mundi factorem, vitæ authorem, & gratiæ largitorem, humiliter deprecamur, vt tu, qui es terribilis, pius, & miseri-

cors, laudabilis, innocens, & Innocentiæ amator, humilis, & humilitatis assumptor, mansuetus, & mansuetudinis habitator, qui venientibus ad te paruulis manus tuæ benedictionis imponens, talium dixisti, esse Regnum cęlorum, bene ✠ dic, quæsumus, & hunc paruulum, qui hodie in Ecclesia, vt benedicatur, est præsentatus, tu ei Domine da intellectum, & pietatis augmentum, vt te sapiat, te diligat, te amet, te timeat, & mandata tua custodiat, &, te concedente, vsque ad vltimam perueniet senectutem: per te Saluator mundi Deus. Qui viuis, & regnas in sęcula sęculorum. Amen.

Finita oratione, Sacerdos ponat manus suas super caput pueri dicens.

COmplexatus pueros Iesus, & imponens eis manus benedicebat eis.

Et faciens signum Crucis super eum, dicit.

ET benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spi ✠ ritus Sancti descendat super te, & custodiat, & dirigat te, & maneat semper super te. Amen.

Aspergat eum Aqua benedicta.

Benedictio Muneris, quod offertur in Ecclesia.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

DEus, cuius verbo, & potentia facta sunt omnia; cuius dono percipimus, quæ, ad vitæ remedium, possidemus, te supplices, obnixis precibus, rogamus, vt, de sede Maiestatis tuæ, huic oblationi fidelium sanctificator accedas: suscipe de manu famulorum tuorum munus oblatum, quod, tua clementia benedictum, in vsus huius Sanctuarij maneat consecratum; sint hæc in conspectu tuo libenter accepta, sicut quondam Abel alumni tui; vel Melchisedech tibi munera placuerunt oblata. Et quia, ad honorem tui amoris, Ecclesiam tuam summis nituntur decorare obsequijs, tu eis, Domine, magna pro paruis recompensa, & deuotionem eorum accipias; peccata dimittas, fide eos repleas, Indulgentia foueas, misericordia protegas, aduersa destruas, prospera cōcedas: habeant, in hoc sæculo, actionis bonæ documentum, charitatis studium, sancti amoris effectum, & in futuro, cum sanctis Angelis, adipiscantur perpetuum Regnum. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Ponderis, seu ***Ordo ad ponderandam personam, per votum, obligatam dare de aliqua re, quantum ponderat corpus eius, sicut Triticum, Oleum, Ceram, Panem, Vinum Et simul.***

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.

Ponatur persona ponderanda super lancem, vel *tabulam, vt moris est.*

℣. Deus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me festina.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.
℟. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sęcula sęculorum. Amen.

Antiphona.

VOuete, & reddite Domino Deo vestro, omnes, qui in circuitu eius affertis munera.

Psalmus 75.

NOtus in Iudæa Deus: in Israel magnum nomen eius.
Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.
Ibi confregit potentias arcuum: scutum, gladium, & bellum.
Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum:& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
Ab increpatione tua Deus Iacob: dormitauerunt, qui ascenderunt equos.
Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.
De cęlo auditum fecisti iudicium: terra tremuit, & quieuit.
Cum exurgeret in iudicium Deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.
Vouete, & reddite Domino Deo vestro: omnes, qui in circuitu eius affertis munera.
Terribili & ei, qui aufert spiritum principum: terribili apud Reges terræ. Gloria Patri, &c.

Repe-

Repetitur Antiphona.

VOuete, & reddite Domino Deo vestro, omnes, qui in circuitu eius affertis munera.

Kyrie eleiſon. Christe eleiſ. Kyrie eleiſon. Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Ego dixi Domine miserere mei.

℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi.

℣. Conuertere Domine aliquantulum.

℟. Et deprecare ſuper ſeruos tuos.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

TE, Domine ſancte Pater omnipotẽs, æterne Deus, humiliter precibus depoſcimus, defende famulum tuum N. *vel* famulam tuam N. ab omni infirmitate, & dolore, & ei dona tuæ gratiæ largiri digneris. O pijſſime Deus, libera eum, *vel* eam, ab omni dolore, & ab omni tentatione diabolica, vel infirmitate: ſaluare eum, *vel* eam digneris, per aſperſionem huius aquæ, & per inuocationem ſancti tui Nominis. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spi ✠ ritus ſancti. Amen.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, cui redditur votum in Hieruſalem, per merita, & interceſſionem beati N. Confeſſoris tui, exaudi preces famuli tui N. *vel* famulæ tuæ N. memor eſto ſacrificij eius, pingue fiat illius holocauſtum, tribue, quæſumus, diuitias gratiæ

tuæ, comple, in bonum, desiderium illius, Corona eum, *vel* eam, miseratione, & misericordia, tibique Domino, pia deuotione, famuletur, & ignosce ei facinora, quæ negligenter commisit, paterna correctione castiga, & bene ✠ dictio Dei Patris omnipotentis, & Fi- ✠ lij, & Spiritus Sancti descendat super famulum tuum, *vel* famulam tuam. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio seminum Olerum, & Leguminum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

TE Domine petimus, & rogamus: vt hæc segetum, fructuum, olerum, leguminum, & herbarum semina, oculis tuis serenis aspicias: sicut enim testatus es Moysi famulo tuo in terra Ægypti, dicens; *Dic filijs Israel, cum ingressi fuerint terram promissionis, quam eis Dominus Deus daturus est, primitias frugum suarum offerant Sacerdotibus, & erunt benedicti*; ita & nos oramus, Domine, auxilium misericordiæ tuæ super hæc semina, ex quibus fructus de terra suscipere speramus, vt non grãdo vlla succidat, non turbo tempestatis detruncet, non aquarum inundantia abducat, non aeris inundatio exterminet: sed tua sancta bene ✠ dictione munita, fructifera, & superabundantia, propter animarum, & corporum humanorum vtilitatem, & vsum, ad plenissimam maturitatem perducere digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Bene-

Benedictio Terræ seminatæ.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

BEne † dicat nos Deus, Deus noster: & terræ vbertatem concedat; in centuplum amplificet fructus eius, vt viuentes in exultatione manipulos nostros colligamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Arborum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui huius Arboris plantam, tua visitatione, & prouidentia protectam esse voluisti, nunc etiam, vt eandem bene † dicere, & sancti † ficare digneris, precamur, vt quicunque ex fructu eius sum-

sumpserit, sani, incolumes esse valeant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio nouorum fructuum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

BEne † dic, Domine, hos fructus nouos N. N. quos tu, per rorem Cœli, & inundantiam pluuiarum, & tempora serena, atque tranquilla, ad maturitatem perducere dignatus es, ad percipiendum nobis cum gratiarum actione. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DOmine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui Cœlum, & Terram, Mare, & omnia creasti, te, supplices, quæsumus, vt hunc fructum nouum N. bene † dicere, & sancti † ficare digneris, & multiplicare abundanter offerentibus tibi: vt repleas eorum Cellaria, cum abundantia frumenti, & vini: vt lætantes in eis, referant tibi Deo omnipotenti laudes, & gratias. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Si vermes, &c. fuerint in aquis, post supradictas orationes, dicatur sequens Oratio.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui Iordanis flumen benedixisti, & in eodem baptizatus, aquas mundasti, & purificasti, vt elementum salubre efficerentur, in remissionem peccatorum: has aquas quoque bene † dicere, & sancti † ficare, & mun † dare digneris: vt nil in eis noxium, nil pestilens, vel inficiens, nil corrumpens remaneat: sed omnia pura, & munda in eis efficiantur: quatenus, quæ ad vsum humanum, ex eis creata sunt, cum salute nostra, & gloria tua assumamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Iterum aspergantur aqua benedicta.

Benedictio nouæ Areæ.

Sacerdos benedicturus Aream, primo totam aspergat illam aqua benedicta, dicens Antiphonam.

ASperge me, Domine, hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.

Psalmus Miserere.

Et repetitur Antiphona, Asperges, *post singulos versus Psalm. & post Psalm. Antiphona,* Asperges. *Deinde*

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

MVltiplica, quæsumus Domine, in hac Area, frumenti dona: & sicut fidelibus tuis tricenarium, atque sexagenarium, vel centesimum fructum donare consueuisti: ita & famulis tuis, præsenti tempore, vberius tuæ liberalitatis dona largire: & super eam, virtutem tuę benedictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Iterum Aspergatur aqua benedicta

Benedictio contra aues, vermes, mures, locustas, vel alia animalia Terram, vel fructus vastantia, vel Aquas inficientia.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PReces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi, vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur, & horum animalium N. persecutionem patimur, pro tui nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur, vt a tua potentia procul expulsa, nulli noceant; & hos Campos, *vel* agros, *vel* vineas, *aut* aquas, in tranquillitate, & quiete dimittant; quatenus, ex eis surgentia, & orta, tuæ Maiestati deseruiant, & nostræ necessitati subueniant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ore.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, omnium bonorum remunerator, & peccatorum maximus miserator, in cuius nomine, omnia genua flectantur, Cælestia, Terrestria, & Infernalia, tua potentia, nobis peccatoribus omnipotenter concede: vt, quod, de tua misericordia confisi, agimus, per tuam gratiam, efficacem consequamur effectum: quatenus hos pestiferos vermes, *vel* mures, *vel* aues, *vel* locustas, *vel* hæc animalia N. per hos seruos tuos maledicendo, maledicas, segregando; segreges, exterminando, extermines, vt, per tuam clementiam, ab hac peste liberati, gratiarum actiones Maiestatis tuæ liberè referamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea sequitur Exorcismus.

EXorcizo vos, pestiferos vermes, mures, aues, locustas, *vel* Animalia N. per Deum Patrem omnipotentem, per Iesum Christum, filium eius, & per Spiritum sanctum, ab vtroque procedentem: vt confestim, recedatis ab his Campis, *vel* Vineis, *vel* aquis: nec amplius in eis habitetis, sed ad ea loca transeatis, in quib. nemini nocere possitis, pro parte omnipotentis Dei, & totius Curiæ cælestis, & Ecclesiæ sanctæ Dei, vos maledicens, quod quocunque ieritis, sitis maledicti, *vel* maledicta; deficientes in vos ipsos, & decrescentes, *vel* deficiētia in vos ipsa, & decrescentia de die in diē, quatenus reliquiæ de vobis nullo in loco inueniantur, nisi necessariē ad salutem, & vsum humanum. Quod præstare dignetur, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oremus.

ORamus pietatem tuam, omnipotens Deus: vt has primitias creaturæ tuæ, quas, aeris, & pluuiæ temperamento, nutrire dignatus es, bene † dictionis tuæ imbre perfundas: & fructus terrę tuę, vsque ad maturitatem, perducas: tribuas quoque populo tuo, de tuis muneribus tibi semper gratias agere: vt à fertilitate terræ, esurientium animas, bonis affluentibus repleas: & egenus, & pauper laudent nomen glorię tuæ. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Oremus.

DOmine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, mitte Spiritum tuum sanctum, cum Angelis, & Archangelis, cum Thronis, & Dominationibus, & cum eis, omnes Sanctos, & electos tuos: vt defendant segetes nostras, *vel* vineas, *vel* campos, *vel* agros à vermibus malis, *vel* muribus, *vel* locustis, &c. & magnificetur nomen tuum in omni loco. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergantur Campi, &c. Aqua benedicta.

Benedictio Salis, quod datur Animalibus.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DEus inuisibilis, & inextimabilis, pietatem tuam, per sanctum, ac tremendum Filii tui nomen, suppliciter deprecamur: vt in hanc creaturam Salis bene † dictionem, & potentiam inuisibilis operationis infundas: vt Animalia, quæ necessitatibus humanis tribuere dignatus es, cum ex eo acceperint, vel gustauerint, bene † dictio, & san † ctificatio tua ab omni ægritudinis, & læsionis incursu, te protegente, custodiat. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DOmine sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus: defende, quæsumus, omnia Animalia nostra, per hanc creaturam Salis: defende, piissime, à raptoribus, à latronibus, à bestiis, à scabie, à morbo, à morsibus, à laqueis, à diabolo, & infirmitate, ab inuidia, & malitia prauorum, à malis hominibus, à malis oculis, à veneficiis, ab aruspicibus: ab omnibus malis animalia, quę morbis, & infirmitatibus vexantur, per hanc creaturam Salis, & per inuocationem sancti nominis tui, sanare digneris. Per Christum Dominum nostrum.

Aspergantur aqua benedicta.

Benedictio pro peste Animalium.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℞. Qui fecit Cœlum, & Terram.

Pri-

Primo Animalia aspergantur aquâ benedicta, & dicatur Antiphona.

TRium puerorum cantemus Hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Canticum trium Puerorum.

BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.
Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cœli Domino.
Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.
Benedicite Sol & Luna Domino: benedicite stellæ cœli Domino.
Benedicite omnis imber, & ros Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino.
Benedicite ignis, & æstus Domino: benedicite frigus, & æstus Domino.
Benedicite rores, & pruina Domino: benedicite gelu, & frigus Domino.
Benedicite glacies, & niues Domino: benedicite noctes & dies Domino.
Benedicite lux & tenebrę Domino: benedicite fulgura, & nubes Domino.
Benedicat terra Dominum: laudet, & superexaltet eum in sæcula.
Benedicite montes, & colles Domino: benedicite omnes germinantia in terra Domino.
Benedicite fontes Domino: benedicite maria, & flumina Domino.
Benedicitę cęte, & omnia, quę mouentur in aquis Domino:

mino: benedicite omnes volucres cœli Domino.
Benedicite omnes bestiæ, & pecora Domino: benedicite filij hominum Dominum.
Benedicat Israel Dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.
Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite serui Domini Domino.
Benedicite spiritus,& animæ iustorum Domino: benedicite sancti, & humiles corde Domino.
Benedicite Anania,Azaria,Misael Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.
Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sæcula.
Benedictus es Domine in firmamento cœli:& laudabilis,& gloriosus,& superexaltatns in sæcula.
Gloria Patri,& Filio,& Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, &c.

*Psalm.*150.

LAudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara.
Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.
Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Repetitur Antiphona.

TRium puerorum cantemus Hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Postea Sacerdos dicit.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison. Pater noster, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Non nobis Domine, non nobis.
℟. Sed nomini tuo da gloriam.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa Beatæ Marię semper Virginis intercessione: à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

BEati Apostoli tui, & Euangelistę Matthæi, Domine precibus adiuuemur: vt quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur.

SVbueniat plebi tuæ, quæsumus Domine, pręclari Confessoris tui beati Antonii, iugis, & deuota depre-

precatio: quæ in præſenti nos tua gratia dignos efficiat, & in futuro remedia donet ęterna.

DOmine ſancte, Pater omnipotens, æternæ Deus, conſeruator, & cuſtos omnium rerum, quæſumus, vt animalia iſta, ab omni morbo, & infectatione, dolore, febre, mortalitate, peſte, & rabie, factura, vel aliquo quocunque morbo, & infirmitate, per interceſſionem omnium Sanctorum Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginium, & omnium electorum tuorum: & per merita, & interceſſionem Beati N. cuius reliquiæ in præſenti Eccleſia requieſcunt, liberare digneris.

MIſericordiam tuam, Domine, ſupplices exoramus, vt hæc Animalia, quæ graui infirmitate vexantur, in nomine tuo, atque tuæ bene † dictionis virtute, ſanentur, extinguatur in eis omnis Diabolica poteſtas, ne vlterius ęgrotent, tu eis, Domine ſis, defenſaculum vitę, & remedium ſanitatis.

DEus, qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibus, ſolatia ſubrogaſti: ſupplices te rogamus, vt, ſine quibus non alitur humana conditio, noſtris facias vſibus non perire. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

ET bene † dictio Dei Patris omnipotentis, & Fi † lij, & Spiri † tus Sancti, maneat ſemper ſuper Animalia iſta. Amen.

Iterum aſpergantur aqua benedicta.

Supradictæ Orationes, & aliæ ſimiles poſſunt dici, prout Sacerdos magis viderit opportunum, ad deuotionem fidelium, quorum Animalia benedicuntur, & dicantur præciſè Orationes illius Sancti, in cuius honore, & ad cuius Eccleſiam deferuntur benedicenda.

Benedictio nouæ Domus.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Sacerdotibus tuis, præ ceteris, tantam rgatiam contulisti, vt quicquid in tuo nomine dignè perfectèque ab eis agitur, à te fieri credatur, quæsumus immensam clementiam tuam, vt quod modo visitaturi sumus, visites, & quicquid benedicturi, bene † dicas, & ad ea, quæ acturi sumus dexteram tuæ potentiæ extendas, sitque, ad nostræ humilitatis ingressum, & introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga Dæmonum, & Angeli pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Aspergatur domus Aqua benedicat. Posteà dicat.

Oremus.

ÆTernum, atque omnipotentem Deum vnanimiter orantes petimus pro hac domo, atque omnibus habitantibus in ea, vt eis Angelum pacis, Angelum lucis, Angelum defensionis assignare dignetur, tutos eos, defensosque præstet, augeat eis rorem Cœli, & pinguedinem Terræ, frumenti, vini, & olei, pacem, & sanitatem, lætitiam, & benignitatem, ab homine vsque ad pecus, quod ipse præstare dignetur. Qui viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

Oremus.

TE Deum Patrem omnipotentem, suppliciter exoramus pro hac domo, & pro domus huius habitantibus, ac rebus, vt eam bene † dicere, & sancti † ficare digneris, vt sint promptuaria eius plena, eructantia ex hoc in illud: tribue eis Domine de rore cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vitę substantiam, & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum nostrum hanc domum bene † dicere, & san † ctificare digneris, sicut benedicere dignatus es domum Abrahæ, Isaac, & Iacob, & intra parietes domus istius Angeli tuæ lucis habitent, eamque, & eius habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Iterum Aspergatur aqua benedicta

Benedictio Thalami.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

BEne † dic Domine thalamum hunc, vt omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, & in tua voluntate permaneant, & senescant, & multiplicentur in longitudine dierum, & ad regna cœlorum perueniant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Putei noui.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

SVpplices deprecamur, Domine, clementiam pietatis tuæ, vt aquam putei huius, cælesti bene† dictione, sancti † fices: & ad communem vitæ vsum concedas esse salubrem: & ita ex ea fugare digneris omnem diabolicæ tentationis incursum: vt quicunque ex eo hauserint, vel biberint, vel in quibuscunque necessarijs vsibus hausta aqua vsi fuerint, totius virtutis, ac sanitatis dulcedine perfruantur: vt tibi sanctificatori & saluatori omnium Domino gratias agere mereamur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, qui in huius putei altitudinem, per crepidinem fistularum, copiam aquarum manare iussisti: præsta, vt, te iubente, atque benedicente, per nostræ officium functionis, repulsis hic phantasmatibus, calliditatibus, atque insidiis diabolicis, purificatus, atque emendatus semper hic puteus perseueret. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Be-

Benedictio Candelarum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

BEne † dic Domine Iesu Christe hanc creaturam cerei, *vel* candelarum supplicationibus nostris, & infunde per virtutem sanctæ Cru † cis bene † dictionem cælestem, & qui eum, *vel* eas, ad repellendas tenebras, humano generi tribuisti, talem, signaculo sanctæ Crucis, fortitudinem, & bene † dictionem accipiat: vt, in quibuscunque locis accensæ, siuè positæ fuerint, discedat, & contremiscat Diabolus fugiat pauidus, cum omnibus ministris suis, de habitationibus illis: nec præsumat amplius inquietare, vel illudere seruientibus Deo: proinde supplices quæsumus te Domine, vt emittas Angelum tuum Raphaelem, qui effugauit, & repulit à Sarà, & Thobia Dæmonem mortiferum, eos infestantem, qui conterat, & perdat de cunctis habitationibus colentium Deum, de basilicis, de domibus, de angulis, de lectulis, de refectoriis, de vniuersis locis, in quibuscunque Deo famulantes habitant, & requiescunt, dormiunt, vigilant, ambulant, & consistunt, nec valeat ille malignus amplius inquietare, vel pauores immittere, super illos, quos sancti chrismatis tui vnctione fecisti esse munitos. Bene † dico te ceram, in nomine Pa † tris omnipotentis, & Fi † lii eius vnigeniti, & Spi † ritus Sancti Paracliti, vt sis vbique Diaboli

effugatio, atque omnium contubernalium suorum exterminatio, adiuuante eadem sancta, & indiuidua Trinitate, quę, in vnitatis essentia, viuit, & regnat in sæcula sęculorum. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

Benedictio Ignis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus noster, Pater omnipotens, lumen indeficiens, conditor omnium luminum, exaudi nos famulos tuos, & bene † dic hunc ignem, qui tua Sancti † ficatione, atque bene † dictione consecretur. Tu, qui illuminas omnem hominem, venientem in hunc mundum, illumina tenebras cordis nostri, & Conscientias nostras, Signo tuæ Charitatis: vt tuo lumine igniti, tuo lumine illuminati, expulsis a cordib. nostris peccatorum tenebris, ad vitam, te illustrante, peruenire mereamur æternam. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Oremus.

DOmine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, in nomine tuo, & dilecti Filii tui Domini nostri Iesu Christi, & Spiritus Sancti, benedicimus, & Sanctificamus hanc creaturam ignis: tu quoque

eam,

eam, tua virtute, corobora, & adiuua nos contra ignita tela inimici, & illustra gratia cœlesti, & ad nostram salutem peruenire concede. Qui viuis, & regnas cum eodem vnigenito tuo, & Spiritu Sancto Deus. Per omnia sęcula sęculorum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Calcaria, seu fornaces.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

TE Deum patrem omnipotentem suppliciter exoramus, vt hanc fornacem, quam ereximus ad ędificationem domorum nostrarum, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, & extinguatur in ea omnis virtus Diabolicæ fraudis, seu ministrorum eius, & accendatur in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in virtute Spiritus Sancti, & ita coquatur, vt non remaneat in ea crudum quidquam, sed tota hæc lapidum maceria, quam composuimus, ad laudem, & honorem nominis tui, ita accendatur, vt statim concipiat ignem. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DEus, qui generi humano clementer largiri inuisibile donum ducis, quæsumus, visibili propitio igni tuam digneris bene ✠ dictionem infundere, quatenus hæc congeries lapidum decenter decoquatur, & ad suum perueniat finem operum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

BEne ✠ dic, Domine Deus, locum istum, & descendat larga tuæ benedictionis gratia in eo, vt ita possimus gratulari, & gratiarum consequi plenitudinem. Benedictio Dei Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spi ✠ ritus Sancti descendat in hac Calcaria, & maneat semper. Amen.

Aspergantur Acqua benedicta.

Benedictio Incensi.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

TVa, quæsumus, omnipotens Deus, maiestatis dextera, hanc creaturam Incensi bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, vt in virtute Sancti nominis tui, omnes immundorum spirituum fantasticos incursus effugare, omnesque morbos, reddita sanitate, expello-

pellere, vbicunque fumus eius efflauerit, mirabiliter poſſit, atque tibi, omnipotenti Deo odorem fragrantiſſimum, perpetua ſuauitate reddere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

VEniat quæſumus omnipotens Deus ſuper hoc Incenſum larga tuæ bene ✠ dictionis infuſio,& hoc nocturnum ſplendorem inuiſibilis regenerator accende: vt non ſolum ſacrificium, ſed in quocunque loco, ex huius ſanctificationis miſterio aliquid fuerit deportatum, expulſa Diabolicæ fraudis nequitia, virtutis tuæ maieſtatis aſſiſtat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Aſpergatur Aqua benedicta.

De benedictione Nauis.

Sacerdos Nauem benedicturus, accepto ſuperpelliceo, & ſtola, Nauem ingreditur, & ſtans in puppi eius, dicit.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cęlum, & Terram.

Pſalmus 106.

SAcrificent ſacrificium laudis: & annuntient opera eius in exultatione.
Qui deſcendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis.
Ipſi viderunt opera Domini: & mirabilia eius in profundo.
Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ: & exaltati ſunt fluctus eius.

Aſcen-

Ascenderunt vsque ad cœlos, descenderunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.
Turbati sunt,& moti sunt sicut ebrius,& omnis sapientia eorum deuorata est.
Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur:& de necessitatibus eorum eduxit eos.
Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius.
Et lętati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.
Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.
Et exaltent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat, &c.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Respice in nos, omnipotens Deus, de cœlo sancto tuo, & dignare, bene ✠ dictione cœlesti, huic bene ✠ dicere naui, in qua sancto comitante Angelo tuo, ambulantes itinere recto, & prospero, dirigere, & ab omni tristitia, & infortunio eripere digneris, vt ad patriam, & ad portum salutis reuersi, te, cum alacritate mentis exultantes, laudent creatorem vniuersorum. Qui cum filio tuo benedicto, Domino nostro Iesu Christo, & cum Spiritu Sancto viuis, & regnas Deus in sęcula sęculorum. Amen.

Sequen-

Sequentia Sancti Euangelij secundum Marcum.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Vna die, cum sero esset factum, dixit Iesus discipulis suis; Transeamus contra. Et dimittentes turbam, assumunt eum, ita vt erat in naui, & aliæ naues erant cum illo. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens, & excitant eum, & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet, quia perimus? Et exurgens comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna. Et ait illis: Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum; Quis, putas, est iste, quia & ventus, & mare obediunt ei? ℟. Laus tibi Christe.

Oremus.

BEnedic, Domine, hanc nauim, & sicut bene✠dixisti filijs Israel de Ægypto, per manum Moysi, exeuntibus, & per mare rubrum transeuntibus, & sic nauim istam, & famulos tuos, in ea nauigantes, bene✠dicere, & ad destinatum locum perducere digneris. Per Dominum nostrum Iesum Christum. ℟. Amen.

Deinde Psalmus 28.

AFferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.

Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas.
Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.
Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.
Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.
Vox Domini intercedentis flammam ignis: Vox Domini concutientis desertum, & commouebit Dominus desertum Cades.
Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam.
Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit Dominus Rex in æternum.
Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.
Dum Sacerdos dicit Psalmum aspergat totam puppim aqua benedicta. Et postea procedens ad medium Nauis, dicit.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Iussit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimittere turbas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autem, in medio mari, iactabatur fluctibus, erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans super mare. Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes, Quia phan-

phantasma est. Et præ timore clamauerunt. Statimque Iesus locutus est eis, dicens, Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus dixit, Domine si tu es, iube me ad te venire super aquas. At ipse ait, Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam vt veniret ad Iesum. Videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpisset mergi, clamauit dicens, Domine, saluum me fac. Et continuò Iesus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi, Modicæ fidei quare dubitasti? Et cum ascendissent in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eū, dicentes, Verè filius Dei es. ℟. Laus tibi Christe.

Oremus.

DOmine Deus noster, qui gubernasti Noe super vndas diluuij, & manum Petro extendisti, porrige dexteram tuam super hanc nauem, & super nauclerum, & nautas eius, & dona ipsis famulis tuis sanitatem animæ, & corporis, & ad portum salutis eos perducere digneris illæsos. Qui viuis, & regnas cū Deo Patre, &c. ℟. Amen.

Psalmus 76.

VOce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.
In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.
Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.
Cogitaui dies antiquos: & annos ęternos in mente habui.

Et

Et meditatus sum nocte cum corde meo: & exercitabar, & scopebam spiritum meum.
Numquid in æternum proijciet Deus: aut non apponet vt complacitior sit adhuc?
Aut in finem misericordiam suam abscindet: à generatione in generationem?
Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?
Et dixi, Nunc cępi; hæc mutatio dexteræ Excelsi.
Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.
Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus, qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & Ioseph.
Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.
Etenim sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est, & contremuit terra.
In mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oues populum tuum: in manu Moysi, & Aaron.
Gloria Patri, & Filius, & Spiritui Sancto, &c.
Dum dicitur Psalmus, Sacerdos aspergat nauim in medio ex omni parte: Et postea procedat ad proram nauis, & dicat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Se-

Sequentia Sancti Euangelij secundum Lucam.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirét verbum Dei: ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum, à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem. Duc in altum: & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon dixit illi: Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt: & impleuerunt ambas nauiculas.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui in similitudinem nauis Ecclesię, Noe arcam fieri voluisti, vt inundante diluuio, soli, qui in ea inuenti essent, saluarentur, suppliciter exoramus clementiam tuam, vt huic naui saluberrimum perfectionis cursum passim iugiterque concedas. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, &c. ℟. Amen.

Psalmus 45.

DEus noster refugium, & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.

V Sonue-

Sonuerunt, & turbatæ ſunt aquæ eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus.
Deus, in medio eius, non commouebitur: adiuuabit eam Deus manè diluculo.
Conturbatæ ſunt Gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, mota eſt terra.
Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.
Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella vſque ad finem terræ.
Arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni:
Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus: exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.
Cum dicitur Pſalmus, aſpergatur prora aqua benedicta, & Sacerdos, reuertens ad medium nauis, dicit.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Ioannem.
℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: cum cognouiſſet Ieſus, quia venturi eſſent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus. Vt autem ſerò factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare. Et cum aſcendiſſent nauim venerunt trans mare in Capharnaum, & tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos. Ieſus Mare autem, vento magno flante, exurgebat. Cum remigaſſent ergo quaſi ſtadia vigintiquinque, aut trigin-

ta,

ta, vident Iesum ambulantem super mare, & proximum naui fieri, & timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim, & statim nauis fuit ad terram, quam ibant.
℟. Laus tibi Christe.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, cuius in mari viæ, & semitæ in aquis multis, intende supplicantium præces, & famulos tuos in hac naui constitutos maris semitas peragrantes, quos sacramentorum tuorum perfudit gratia, potentiæ tuæ dextera protectos regas, & in fluctibus gubernes aduersus omnes formidines, atque infortunia, omnibusque in hac naui contentis substantijs, atque impositis bene ✠ dicas, eorumque lucra multiplices, ac contra terrarum, & maris discrimina eos propitius defensare digneris. Per Dominum nostrum Iesum Christum.
℟. Amen.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Aue Maria. Credo.
Cum dicitur Pater noster, &c. Sacerdos aspergat, aqua benedicta, totam nauim. Postea, completo Credo, dicat.
℣. In mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.
℟. Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi, & Aaron.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos Domine sancte pater omnipotēs, æterne Deus: & mittere digneris sanctum Angelum tuum

de cęlis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui B. Petrum Apostolum tuum super mare ambulantem ad te venire iussisti, & coapostolum eius Paulum tertiò naufragantem de profundo pelagi liberasti: bene ✠ dicere digneris hanc nauim: & famulis tuis in ea nauigantibus in tua misericordia confidentibus adesse digneris: vt ope misericordiæ tuæ adiuti, ad loca destinata, & ad portum salutis sine impedimento sani, & incolumes valeant peruenire. Qui viuis, & regnas in vnitate, &c.

BEnedictio Dei omnipotentis, Pa ✠ tris, & Fi- ✠ lij, & Spi ✠ ritus Sancti, descendat super hanc nauim, & nauigantes in ea, & maneat semper.
℟. Amen.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Initium Sancti Euangelij secundum Ioannem.

℟. Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium

nium

nium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat,& mundus per ipsum factus est,& mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. ℟. Deo gratias.

Antiphona. Salue Regina, &c.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ virginis matris Mariæ corpus, & animam, vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante præparasti: da, vt cuius commemoratione lętamur, eius pia intercessione ab instantibus malis,& à morte perpetua liberemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum. ℟. Amen.

Benedictio paruæ Nauis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris, & be- ne ✠ dic Nauem istam, dextera tua sancta, & omnes, qui in ea vehentur, sicut dignatus est benedicere arcam Noe, ambulantem in Diluuios: porrige eis Domine dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: & mitte sanctum Angelum tuum de cęlis, qui liberet, & custodiat eam semper à periculis vniuersis, cum omnibus, quæ in ea erunt: & famulos tuos repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis, transactisque, ac rectè perfectis negotijs omnibus, iterato tempore, ad propria, cum omni gaudio, reuocare digneris. Qui viuis, & regnas in sęcula sęculorum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio noui Retis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei viui, qui, propter nimiam caritatem tuam, descendisti, de sinu patris, in hunc mundum, ad redimendum nos, & vocasti Petrum, & Andream, Iacobum, & Ioannem Euangelistam, stantes in littore maris Galilęę, ad piscationem: quæsumus clementiam tuam, & deprecamur, vt, sicut iussisti Apostolis tuis, vt mitteretur rete in mari, & apprehen-

prehendere pisces, ita pariter digneris per intercessionem ipsorum, & omnium electorum tuorum bene- ✠ dicere, & Sancti ✠ ficare retia ista noua, vt quicunque eam vti fuerint repleatur gaudio, & bene ✠ dictione cęlesti animę, & corpori, & in ea expelletur, & destruitur omnis factura, seu incantatura, vel veneficia, vel quocunque alio pacto, & fraude Diabolica facta à suis ministris, per virtutem sanctissimæ Cru ✠ cis, & per sanctissima nomina Adonai, Heloy, Heloym, Tetragrammaton, Heuoua, Saluator, Iesus, omnipotens Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

ET bene † dictio Dei Patris, & Filij, & Spi † ritus Sãcti descendat super retia ista, & maneat semper. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio fętus in vtero matris, de cuius periculo dubitatur.

Sacerdos, cum superpelliceo, & stola, hoc modo, benedicat fętum, in vtero matris. Adueniens mulier prægnans, & genuflexa coram Altare, super eam orat, dicens.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Saluam fac Ancillam tuam.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis, in confeſſione veræ fidei, ęternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis tuæ, adorare vnitatem, quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

DOmine Deus omnium creator fortis, & terribilis, iuſtus atque miſericors, qui ſolus bonus, & pius es: ſolus præſtans, ſolus iuſtus, omnipotens, & ęternus, qui de omni malo liberas Iſrael: qui feciſti patres electos, quoslibet, & ſanctificaſti eos munere Spiritus Sancti, ſcilicet, Ioannem Baptiſtam, in vtero, poſt conceptum, abſque omni decurſu temporis, & alios ſecundum gradus varios, antequam more ſolito naſcerentur: accipe ſacrificium cordis contriti, quæſumus, ac feruens deſiderium famulæ tuæ N. humiliter ſupplicantis pro conſeruatione prolis debilis, quam dediſti eam concipere: & cuſtodi partem tuam, atque ſanctifica, & immenſa benedictione tuæ gratiæ, & defende ab omni dolo, & iniuria diri hoſtis, nec non à quibuslibet aduerſitatibus crudelibus, & iniquis: vt ad lucem præſentis vitæ iucundiſſimam, obſtetricante manu ſua veniat incolumis, tibique in omnibus iugiter deſeruiat, & vitam conſequi ſempiternam finaliter mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Aſpergatur Aqua benedicta dicendo.

Pſal.

Psalm. 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.
Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus Gentibus salutare tuum:
Confiteantur tibi populi Deus: confiteãtur tibi populi omnes. Lætentur & exultent Gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.
Confiteãtur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.
Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.
℣. Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu.
℟. Laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.
℣. Angelis suis Deus mandauit de te.
℟. Vt custodiant te in omnibus vijs tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

VIsita, quęsumus Domine, cunctam habitationem istam, & omnes insidias inimici, ab ea, & à pręsenti famula tua longe repelle: & Angeli tui sancti habitent in ea, qui eam, & eius prolem in Pace custodiant, & bene † dictio tua sit super eam semper; salua eos omnipotens Deus, & lucem tuam eius concede perpetuam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Bene-

BEnedictio Dei Pa † tris, & Fi † lii, & Spi † ritus Sancti descendat, & sit super te, & super prolem tuam,& maneat semper. Amen.

Benedictio Aquæ, pro infirmis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui benedixisti quinque panes, & duos pisces in deserto, vnde satiata sunt quinque millia hominum, te supplices exoramus, vt bene † dicere digneris hanc aquam; vt quicunque infirmus ex ea gustauerit accipiat sanitatem mentis, & corporis protectionem, tutelam salutis, securitatem spei: corroborationem fidei, & charitatem Spiritus sancti. Qui viuis, & regnas in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Aspergatur aqua Benedicta.

Benedictio Bombycum, seu seminum serici.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum,& Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

CReator omnium Deus, qui ſemina fructificare, & multiplicare facis,& in vſus noſtros miſericorditer concedis peruenire; intercedente B.Iacobo Apoſtolo tuo, ſupplicationes noſtras placatus intende: & hęc ſemina vermiculorum, qui ſericum condunt, bene † dicere, & ſancti † ficare,tua benignitate digneris, vt copioſius mittant effectus ſuos: quatenus ad Eccleſiæ tuæ, ſanctorumque Altarium tuorum decorem, & ornatus,atque etiam ad vſus noſtros perueniant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergantur Aqua benedicta.

Benedictio Aquæ contra Bruchus.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

BEne † dic Domine hanc creaturam aquæ, vt fugiant volucres, vermes, & Bruchus, ab omnibus vineis,oliuetis,fructibus,& oleribus noſtris, ſuper quibus aſperſa fuerit, per nomen tuum Sanctum, Deus Pater † omnipotens, & Fi † lii tui, Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem, & Sancti Spi † ritus bonitatem,quod quid nomen ſanctum tuum inuocatum eſt ſuper ipſam creaturam tuam ſegetum, vinearum, oliuetorum, fructuum, & olerum, vt fiat ſalubriter alimentum omnibus,

bus, qui vescentur ex illis. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster, & Aue Maria, & Credo.

IPse te bene† dicat, qui te à principio creauit. Amen.
Ipse te bene † dicat, qui super te siccis pedibus ambulauit. Amen.
Ipse te bene † dicat, qui in te à Ioanne fuit baptizatus Iesus Christus Dominus noster. Amen.

Aspergatur super fruges.

Benedictio Agni in Pascha.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cęlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui, per famulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Aegypto, Agnum occidi iussisti, in similitudinem Domini nostri Iesu Christi, & vtrosque postes domorum de sanguine eiusdem Agni perungi præcepisti: ita bene † dicere, & san † ctificare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui, ad laudem tuam, sumere desideramus, per resurrectionem eiusdem Domini nostri Iesu Christi: Qui tecum viuit, & regnat in fæcula sęculorum. ℟. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Ouorum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

SVbueniat, quæsumus Domine, tuæ bene ✠ dictionis gratia huic Ouorum creaturæ : vt cibus salubris fiat fidelibus tuis in tuarum gratiarum actione sumentibus , ob resurrectionem Domini nostri Iesu Christi: Qui tecum viuit,& regnat in sęcula sæculorum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Antitodorum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui mirabiliter hominem creasti, & mirabiliter reformasti , qui dedisti medecinam, ad tuendam hominem sanitatem: sanctam tuam de Cælis bene ✠ dictionem super hoc Antidotum infunde;

vt

vt his in cuius corpus introierit, sanitatem mentis, & corporis percipere mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Vasorum nouorum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PRotector fidelium Deus, & subditorum pectorum habitator, quæsumus, vt serenis oculis tuæ pietatis hæc vascula tua illustrare digneris: vt super ea descendat gratiæ tuæ larga benedictio, vt cum salubritate vtentes eis, per gratiam tuam mereantur vasa effici munda. Per Christum Dominum nostrum: Amen.

Aspergantur Acqua benedicta.

Benedictio Coronarum, seu Rosariorum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui propter nimiam charitatem, qua dilexisti nos, filium tuum vnigenitum, Dominum nostrum Iesum Christum, pro redemptione nostra, de cœlis in terram descendere, & de Beatissimæ Virginis vtero, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti; vt nos eriperes de potestate diaboli; obsecramus clementiam tuam, vt hęc signa Psalterij, in honorem, & laudem eiusdem Genitricis filii tui, ab Ecclesia tua fideli dicata, bene † dicas, & sanctifices; eisque tantam infundas virtutem Spiritus sancti; vt quicunque horum quodlibet secum portauerit, atque in domo sua reuerenter tenuerit, ab omni hoste visibili, & inuisibili, hic, & vbique in hoc sæculo liberetur: & in exitu suo à Beatissima Genitrice Dei Virgine Maria tibi plenis operibus præsentari mereatur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sęculorum. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

Benedictio Crucis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

ROgamus te, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: vt digneris bene † dicere hoc signum Crucis: vt sit remedium salutari generi humano, sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum: sit solamen, & protectio, ac tutela contra sæua iacula inimicorum. Per Dominum nostrum, &c.

Oremus.

BEne † dic Domine hanc Crucem tuam, per quam eripuisti mundum à dœmonum potestate, & superasti, passione tua, suggestorem peccati, qui gaudebat in præuaricatione primi hominis, per lignum vetitum: bene † dic etiam Domine, & san † ctifica illud signaculum sacræ passionis tuę: vt sit inimicis tuis obstaculum: & credentibus perpetuum præstet auxilium. Qui viuis, & regnas in sęcula sæculorum. Amen.

Hic aspergatur aqua benedicta.

SAnctificetur istud lignum in nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spiritus † Sancti: vt orantes inclinantesque se propter Dominum ante istam Crucem, inueniant sanitatem corporis, & animæ. Amen.

Benedictio Altaris nouiter erectis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

SVpplices te deprecamur, omnipotẽs, æterne Deus, per vnigenitum Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum: vt Altare hoc sanctis vsibus præparatum: cęlesti bene ✠ dictione sanctifices: vt sicut Melchisedech Sacerdotis præcipui oblationem dignationẽ mirabili suscepisti; ita imposita huic nouo Altari munera semper accepta ferre digneris: vt populus, qui in hanc Ecclesiæ domum sanctam conueniet: per hæc libamina cęlesti sanctificatione: animarum quoque suarum salutem perpetuam consequatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Tabulæ collocandæ ante, vel *post Altare.*

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus omnium sanctificationum, & benedictionum auctor omnipotentiam tuam suppliciter exoramus: vt super hanc Tabulam, tuo sacro Altari, fidelium tuorum studio applicandam, omni expulsa spurcitia, gratiam tuæ bene ✠ dictionis, & san ✠ ctificationis, nostræ seruitutis officio copiosè infundas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergantur Acqua benedicta.

Benedictio Vmbraculi Altaris.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

OREmus, fratres cariſſimi, Deum rectorem, & gubernatorem omnium ſeculorum: qui per veridicum prophetam ſuum polliceri dignatus eſt, quia in quacunque die conuerſus fuerit impius ab impietate ſua, & fecerit iudicium, omnes iniquitates eius in obliuione erunt: vt immemor omnium delictorum, & facinorum iuuentutis, & ignorantiæ, ſiue temerariæ præuaricationis oblationis iſtius: hec inſtrumentum ad honorificentiam nominis ſui compactum placidus, ac miſericors illuſtratione vultus ſui, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare dignetur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium ſuum: Qui cum eo viuit, & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui fideli famulo tuo, Moyſi præcepiſti, vt duos Cherubim ſuper Arca Teſtamenti collocaret: quam extenſis ad alterutrum alis protegerent verſis vultibus in propitiatoriū: quæſumus ineffabilem clementiam tuam, vt hoc tegimen venerandi Altaris tui, in quo ipſe vnicus filius tuus Do-

Dominus noster Iesus Christus, qui est propitiatio pro peccatis nostris, fidelium manibus iugiter immolatur: & sub quo Sanctorum tuorum corpora, quæ veraciter fuerunt Arca Testamenti tui, receptacula, videlicet mandatorum Spiritus Sancti, requiescunt: per eundem consubstantialem tibi filium, qui factus est nobis à te sanctificatio, & redemptio in virtute Spiritus veritatis, vniuersa antiqui hostis falsitate, cum satellitibus suis, depulsa, cum omnibus ornamentis ad ipsum vmbraculum pertinentibus, vel ab illo dependentibus, aut eidem suppositis tua cęlesti bene ✠ dictione perfundere, ac conse ✠ crare, atque ad tui tuitionem, pignorum Sanctorum corroboranda, siue multiplicanda vota fidelium tuorum diuino tempore conseruare digneris: annuente eodem Domino nostro Iesu Christo filio tuo. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Capsarum, pro Reliquijs, & alijs Sanctuarijs includendis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℞. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℞. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

OREmus, dilectissimi, nobis Deum Patrem omnipotentem, vt qui omnia per vnigenitum filium suum in virtute Spiritus Sancti valde bona creauit: ipse nobis indignis, ad consecrationem, & benedictionem

harum capsarum reliquiis Sanctorum suorum recondendis paratarum: rorem gratiæ suæ clementer infundere dignetur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium suum, qui cum eo viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus,&c.

Deinde manibus iunctis ante pectus dicit Præfatio.

PEr omnia secula seculorum. Amen.
℣. Dominus vobiscum.
℞. Et cum spiritu tuo.
℣. Sursum corda. ℞. Habemus à Domino.
℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.
℞. Dignum, & iustum est.

VEre dignum,& iustum est equum,& salutare. Nos tibi semper, & vbique gratias agere. Domine sancte,Pater omnipotens,æterne Deus ineffabilis:Deus misericordiarum: & Deus totius consolationis. Qui Moysi famulo tuo præcepisti, vt iuxta exemplar, quod ei in monte demonstrasti Arcam de lignis imputribilibus construeret:& eam auro mundissimo circumdaret, in qua vasa aurea, Manna cœlesti plena: cum tabulis Testamenti, digito Maiestatis suæ conscriptis, in testimonium futuris generationibus seruari deberet: quique nostris seculis, eadem sacratius intelligenda manifestasti: dum corpus vnici filij tui, ope Spiritu sancti,de incorrupta Virgine conceptum, & anima rationali viuificatum omni plenitudine refusisti: te suppliciter imploramus omnipotens Deus: Pater Domini nostri Iesu Christi: ex quo omnis paternitas, in celo, & in terra nominatur: vt hæc vascula Sanctorum tuorum honoribus preparata: eisdem Sanctis tuis intercedentibus,celesti bene † dictione perfundere digneris:quatenus,qui harum patrocinia requirunt: ipsis intercedentibus cũcta sibi aduersantia: te adiuuante superare, & omnia

com-

commoda profutura, abundantia largitatis tuæ mereantur inuenire, & ſicut illi, te inſpirante, ſpiritualium nequitiarum verſutias cauere, & humanitus exquiſita tormenta, non ſolum contendere, ſed etiam penitus euincere, Chriſto Domino confortante, potuerunt: ita ipſorum merita venerantibus, & reliquias humiliter amplectentibus, contra Diabolum, & Angelos eius: contra fulmina, fulgura, & tempeſtates: contra corruptum aerem, & mortes hominum, vel animalium: contra fures, & latrones, ſiue gentium incurſiones: contra malarum beſtiarum, & ſerpentium diuerſiſſimas formas: contra malorum hominum ad inuentiones peſſimas: eorundem Sanctorum tuorum precibus complacatus, dexteram inuictæ potentiæ tuæ, ad deputationem nociuorum, & defenſionem proficuarum ſemper, & vbique propitius oſtende. Per eundem Dominum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, qui vt murmur inſani populi compeſceres, & Sacerdotium Aaron tibi placitum comprobares: virgam eius aridam germinare, & flores fructiferos producere feciſti: eandemque in Archa Teſtamenti pro ſigno virtutis tuæ poni iuſſiſti: ſed & nobis eodem præſagio Chriſtum in Ara Crucis arefactum, citiſſima reſurrectione refloreſcere, & in Eccleſia nouiſſimo tempore reſuſcitanda, per mortem ſuam die, ac nocte fructificare demonſtraſti: te quæſumus, Indulgẽtiſſime generis humani prouiſor, vt hec vaſcula Sanctorum tuorum receptaculo præparata, ita gratia ſancti ✠ fices: vt vbicunque in tuo nomine prolata fuerint, intercedentibus Sanctorum tuorum meritis, cuncta aduerſa depellas, & nullifices, & omnia vtilia multiplices, atque cuſtodias: quatenus fideles tui,

magnitudine, siue vniuersitate beneficiorum tuorum, in parte modica reliquiarum, integrata Sanctorum corpora se percepisse gratulentur, & per temporalia loca ipsorum precibus impẽsa, ad æterna cum eis gaudia possidenda fiducialius animentur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Benedictio Armorum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

SIgnaculum, & benedictio Dei Pa † tris, & Filij, & Spiritus Sancti descendat super hæc arma, & super induentem, quibus ad tuendam iustitiam induatur: rogamus te, Domine Deus, vt illum protegas, & defendas. Qui viuis, & regnas, cum Deo Patre, in vnitate Spiritus sancti Deus. Amen.

DEus omnipotens, in cuius manu victoria plena consistit, quique etiam Dauid, ad expugnandum rebellem Goliam, vires mirabiles tribuisti, clementiam tuam, humili prece, deposcimus, vt hæc arma, almifica pietate, bene † dicere digneris, & concede famulo tuo N. eadem gestare cupienti, vt ad munimen, ac defensionem sanctæ matris Ecclesiæ, pupillorum, & viduarum, contra inuisibilium, & visibilium hostium impugnationem, ipsis liberè, & victoriosè vtatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

Bene-

Benedictio Ensis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

BEne † dicere digneris, quæsumus, Domine, ensem istum, & hunc famulum tuum, qui eum, te inspirante, suscipere desiderat, pietatis tuæ custodia munias, & illesum custodias. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur aqua Benedicta.

Et tradatur cui tradendus est, genuflexo coram Sacerdote, eidem dicente.

ACcipe ensem istum, in nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spi † ritus Sancti, vt vtaris eo, ad defensionem tuam, ac Sanctæ Dei Ecclesiæ, & ad confusionem inimicorum crucis Christi, ac fidei Christianæ, &, quantum humana fragilitas permiserit, cum eo neminem iniustè ledas, quod ipse tibi præstare dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto, viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Benedictio Vexilli Bellici.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui es cunctorum benedictio, & triumphantium fortitudo, respice propitius ad preces humilitatis nostræ; & hoc vexillum, quod bello præparatum est, cęlesti bene † dictione, sanctifica, vt contra aduersarias, & rebelles nationes sit validum, tuoque munimine circumseptum, sitque inimicis Christiani populi terribile, ac, intercedentibus sanctis tuis, solidamentum, & victoriæ certa fiducia, tu enim es Deus, qui conteris bella, & cęlestis præsidij sperantibus in te præstas auxilium. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Aspergatur aqua benedicta; & tradatur vexillum, cui tradendum est, genuflexo coram Sacerdote eidem dicente.

ACcipe vexillum cęlesti benedictione sanctificatum, sitque inimicis populi Christiani terribile; & det tibi Dominus gratiam, vt, ad ipsius nomen, & honorem, & cum illo, hostium cuneos potenter penetres incolumis, & securus. *Deinde det ei osculum pacis dicens. Pax tibi.*

Exorcismus contra imminentem tempestatem fulgurum.

PEr signum † Crucis, de inimicis † nostris, libera nos † Deus noster. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spi † ritus Sācti, Amen. Credo in Deum Patrem, &c. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℞. Qui fecit Cælum, & Terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℞. Ex hoc nunc, & vsque in sęculum.

℣. Exur-

℣. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius.
℟. Et fugiant, qui oderunt eum à facie eius.
℣. Exurge Christe adiuua nos.
℟. Et libera nos Deus noster.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui fecisti Cœlum, & Terram, & omnia, quæ in eis sunt, quique flumini Iordanis benedixisti, & tuas sanctissimas manus, & brachia sacratissima in Cruce ✠ extendisti, quibus aerem sanctificasti, obsecramus immensam pietatis, & bonitatis tuæ abundantiam, quatenus has nubes, quas ante me, & post me, & supra me, à destris, & à sinistris video aerem perturbare; dissoluere, & annihilare digneris, vt alligata potestas Dœmonum impiè deseruientium, deficiat, & turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis, & potentissimæ Maiestatis tuæ. Qui viuis, & regnas, &c.

Postea conuersus ad nubes signet eas signo Crucis, dicens.

CIrcumdet te nubes Deus Pa † ter. Circumdet te Deus Fi † lius. Circumdet te Deus Spi † ritus Sanctus. Destruat te Deus Pa † ter. Destruat te Deus Fi † lius. Destruat te Deus Spi † ritus Sanctus. Cōprimat te Deus Pa † ter. Comprimat te Deus Fi † lius. Comprimat te Deus Spi † ritus Sanctus. Amen.

Obsecratio.

SAnctus Matthæus, S.Marcus, S.Lucas, S.Ioannes Euangelista, qui Christi Euangelium per quatuor Mundi partes diuulgarunt, ipsi suis meritis, & precibus, hanc tempestatem à termino isto, & ab omnibus Christianorum finibus, ab eodẽ Domino nostro Iesu Christo obtineant effugari, & depelli.

Exorcismus.

ET ego peccator, & Christi Sacerdos, seu Minister, licet indignus, auctoritate, & virtute eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi summi Imperatoris, non mea potentia innixus, & confisus, vobis præcipio, immundissimis spiritus, qui has nubes, seu nebulas concitatis, in virtute eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Chri † sti. Per sanctissimam eius Incarnationem, per sanctam Natiuitatem, per Baptismum, & Ieiunium ipsius, per eius sacratissimam Cru † cem, & Passionem, per sanctam Resurrectionem, per admirabilem Ascensionem, per tremendum Aduentum eius, & Iudicium, per merita intemeratæ semperque Virginis Mariæ, & Sanctissimi N. & per merita omnium Sanctorum, vt exeatis ab eis, & eas dispergatis in locis siluestribus, & incultis, quatenus nocere non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus, aut quibuscumque rebus, humanis vsibus deputatis. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sęculum per ignem. Amen. Ipse vobis imperat Dęmones, cui has nubes commouetis, de quo de nube lucida dictum est: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. † Ipse vobis imperat, qui sua sacratissima Cruce, & Corporis

sui

sui sanctissimi in ea extensione aerem purgauit. † Ipse vobis imperat, qui per mortem suam, vos, Principem vestrum, mortemque deuicit, & ligauit, atque æternæ gehennæ mancipauit ignibus. † Ipse vobis imperat, qui Inferno spoliato surrexit à mortuis. † Ipse vobis imperat, qui post quadraginta dies, nube susceptus, virtute sua ascendit in Cœlum. † Ipse vobis imperat, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sęculum per ignem. Amen.

Postea ostendat Crucem in aere dicens,

ECce lignum sanctissimæ Crucis; fugite partes aduersæ: vicit enim vos, & mundum Dominus noster Iesus Christus Filius Dei, Imperator summus, Leo de tribu Iuda radix Dauid.

Postea Aqua benedicta in modum Crucis aspergat per quatuor latera, & dicantur Litaniæ.

KYrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de Cęlis Deus, miserere nobis.
Fili Redẽptor mundi Deus miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis.
Sancta MARIA, Ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora pro nobis.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Omnes Sancti Angeli, & Archangeli, Orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituũ Ordines, orate.
Sancte Ioannes Baptista, ora pro nobis.
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate.

San-

Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Matthia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apostoli, & Euangelistæ, orate.
Omnes sancti discipuli Domini, orate.
Omnes sancti Innocentes, orate pro nobis.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane, & Sebastiane, orate.
Sancti Ioannes, & Paule, orate.
Sancti Cosma, & Damiane, orate pro nobis.
Sancti Geruasi, & Protasi, orate pro nobis.
Omnes sancti Martyres, orate pro nobis.
Sancte Siluester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Omnes sancti Pontifices, & Confessores, orate.
Omnes sancti Doctores, orate pro nobis.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte P. Francisce, ora.
Omnes sancti Sacerdotes, & Leuitæ, orate.
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora pro nobis.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cecilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ, orate.
Omnes Sãcti, & Sãctæ Dei, Intercedite pro nobis.
Propitius esto, Parce nobis Domine.
Propitius esto, Exaudi nos Domine.

Ab omni malo, Libera.
Ab omni peccato, Libera.
Ab ira tua, Libera.
A subitanea, & improuisa morte, Libera.
Ab insidijs diaboli, Libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, Libera.
A spiritu fornicationis, Lib.
A fulgure, & tempestate, Libera.
A morte perpetua, Libera.
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ, Libera.
Per aduentum tuum, Lib.
Per natiuitatem tuam, Lib.
Per baptismum, & sanctum ieiunium tuum, Libera.
Per crucem, & passionem tuam, Libera.
Per mortem, & sepulturam tuam, Libera.
Per sanctam resurrectionem tuam, Libera.
Per admirabilem ascensionem tuam, Libera.
Per aduentum Spiritus sancti Paracliti, Libera.
In die Iudicij, Libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas, Te rog.
Vt nobis indulgeas, Te rogamus audi nos.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt Ecclesiam tuam sanctã regere, & conseruare digneris, Te rog.
Vt domnum Apostolicum, & omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione cõseruare dig. Te rog.
Vt inimicos sanctę Ecclesię humiliare digneris, Te.
Vt Regibus, & Principibus Christianis pacem, & veram cõcordiam donare digneris, Te rog.
Vt cuncto populo Christiano pacem, & vnitatem largiri digneris, Te rog.
Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio cõfortare, & conseruare digneris, Te.
Vt mentes nostras ad cœlestia desideria erigas, Te.
Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, Te rog.
Vt animas nostras, fratrũ propinquorũ, & benefactorũ nostrorũ ab ęterna damnatione eripias, Te.
Vt fructus terræ dare, & conseruare digneris, Te.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem ęternã donare digneris, Te rog.

Vt nos exaudire digneris, Te rogamus audi nos.
Fili Dei, Te rogamus.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſ. nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Christe eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noster. *ſecreto.*
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 69.

DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina.
Confundantur, & reuereantur: qui quærunt animam meam.
Auertantur retrorſum, & erubeſcant: qui volunt mihi mala.
Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi: Euge, euge.
Exultent, & lętentur in te omnes qui quærunt te: & dicant ſemper: magnificetur Dominus: qui diligunt ſalutare tuum.
Ego vero egenus, & pauper ſum: Deus adiuua me.
Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.
Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.
℣. Saluos fac ſeruos tuos.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Domine nō ſecundum peccata noſtra facias nobis.

℟. Ne-

Neque secundum iniquitates nostras retribuas no
s.
Oremus pro Pontifice nostro N.
Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & bea-
m faciat eum in terra, & non tradat eum in animam
imicorum eius.
. Oremus pro benefactoribus nostris.
. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona
cientibus propter nomen tuum vitam æternam.
men.
. Oremus pro fidelibus defunctis.
. Requiem æternam dona eis Domine,& lux perpe-
a luceat eis.
. Requiescat in pace.
. Amen.
. Pro fratribus nostris absentibus.
. Saluos fac seruos tuos, Deus meus sperantes in te.
. Mitte eis Domine auxilium de sancto.
. Et de Sion tuere eos.
. Domine exaudi orationem meam.
. Et clamor meus ad te veniat.
. Dominus vobiscum.
. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parce-
re: suscipe deprecationem nostram: vt nos, &
mnes famulos tuos,quos delictorum catena constrin-
it, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat.

EXaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, &
confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis
ndulgentiam tribuas benignus & pacem.

INeffabilem nobis Domine, misericordiam tuam
clementer ostende: vt simul nos,& à peccatis omni-
bus

bus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpa offenderis, pęnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte.

OMnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis ęternæ: vt, te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

VRe igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, Domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur.

ACtiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cępta finiatur.

OMnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul, & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide, & opere futuros esse præcoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque, vel præsens ſęculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum, &c.

℣. Do-

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Exaudiat nos omnipotens, & misericors Dominus.
℟. Amen.
℣. Fidelium animę per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Et si non quieuerit tempestas dicatur Symbolum.

QVicumque vult saluus esse: ante omnia opus est, vt teneat catholicam fidem.
Quam nisi quisque integram, inuiolatamque seruauerit: absque dubio in ęternum peribit.
Fides autem catholica hæc est: vt vnum Deum in Trinitate; & Trinitatem in vnitate veneremur.
Neque confundentes personas: neque sustantiam separantes.
Alia est enim persona Patris, alia Filij: alia Spiritus Sancti.
Sed Patris, & Filij, & Spiritus Sancti vna est diuinitas: ęqualis gloria, coęterna maiestas.
Qualis Pater, talis Filius: talis Spiritus Sanctus.
Increatus Pater, increatus Filius: increatus Spiritus Sanctus.
Immensus Pater, immensus Filius: immensus Spiritus Sanctus.
Æternus Pater, ęternus Filius: ęternus Spiritus Sanctus.
Et tamen non tres ęterni: sed vnus æternus.
Sicut non tres increati, nec tres immensi: sed vnus increatus, & vnus immensus.
Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius: omnipotens Spiritus Sanctus.
Et tamen non tres omnipotentes: sed vnus omnipotēs.
Ita Deus Pater, Deus Filius: Deus Spiritus Sanctus.
Et tamen non tres Dij: sed vnus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius: Dominus Spiritus Sanctus.
Et tamen non tres Domini: sed vnus est Dominus.
Quia sicut singillatim vnamquãque personam, Deum, ac Dominum confiteri, Christiana veritate compellimur: ita tres Deos, aut Dominos dicere, catholica religione prohibemur.
Pater à nullo est factus: nec creatus, nec genitus.
Filius à Patre solo est: non factus, nec creatus, sed genitus
Spiritus Sanctus à Patre & Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.
Vnus ergo Pater, non tres Patres, vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.
Et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil maius aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coęquales.
Ita vt per omnia, sicut iam supra dictum est: & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda sit.
Qui vult ergo saluus esse: ita de Trinitate sentiat.
Sed necessarium est ad ęternam salutem: vt incarnationem quoq; Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.
Est ergo fides recta, vt credamus & confiteamur: quia Dominus noster Iesus Christus Dei filius, Deus & homo est.
Deus est ex substantia Patris ante sęcula genitus: & homo est ex substantia matris in sęculo natus.
Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne subsistens.
Æqualis Patri secundum diuinitatem: minor Patre secundum humanitatem.
Qui licet Deus sit, & homo: non duo tamen, sed vnus est Christus.
Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in Deum.
Vnus

Vnus omnino non confusione substantiæ: sed vnitate personæ.
Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo: ita Deus, & homo vnus est Christus.
Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis.
Ascendit ad cęlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos, & mortuos.
Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: & reddituri sunt de factis proprijs rationem.
Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in ignem æternum.
Hæc est fides catholica: quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.
Gloria Patri, &c.

SAlue Regina, mater misericordiæ, vita dulcedo, & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij Euæ.
Ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle.
Eia ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et Iesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens. O pia. O dulcis Virgo Maria.
℣. Dignare me laudare te Virgo sacrata.
℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos. Amen.
Sub tuum præsidium cõfugimus Sancta Dei Genitrix; nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa & benedicta.

Canticum trium puerorum. Dan. 3.

BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio nunc, & semper & in sęcula sęculorum. Amen.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cœli Domino. Gloria Patri, &c.
Benedicite aquæ omnes, quæ super cęlos sunt, Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino. Gloria Patri,&c.
Benedicite Sol, & Luna Domino: benedicite stellæ cęli Domino. Gloria Patri, &c.
Benedicite omnis imber, & ros Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino. Gloria Patri, &c.
Benedicite ignis, & ęstus Domino: benedicite frigus, & ęstus Domino, Gloria Patri, &c.
Benedicite rores, & pruina Domino: benedicite gelu, & frigus Domino. Gloria Patri,&c.
Benedicite glacies, & niues Domino: benedicite noctes, & dies Domino. Gloria Patri, &c.
Benedicite lux, & tenebræ Domino: benedicite fulgura, & nubes Domino. Gloria Patri, &c.
Benedicat terra Dominum: laudet,& superexaltet eum in sęcula. Gloria Patri, &c.
Benedicite montes, & colles Dominò: benedicite vniuersa germinantia in terra Domino. Gloria Patri,&c.
Benedicite fontes Domino: benedicite maria,& flumina Domino. Gloria Patri, &c.
Benedicite cete, & omnia, quæ mouentur in aquis, Domino: benedicite omnes volucres cœli Domino. Gloria Patri, &c.
Benedicite omnes bestiæ,& pecora Domino; benedicite filii hominum Domino. Gloria Patri, &c.
Benedicat Israel Dominum: laudet, & superexaltet eum in sęcula. Gloria Patri, &c.
Benedicite sacerdotes Domini Domino: benedicite serui Domini Domino. Gloria Patri, & Filio,&c.
Benedicite spiritus, & animæ iustorum Domino, benedicite sancti, & humiles corde Domino. Gloria,&c.
Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate

&

& superexaltate eum in sęcula. Gloria Patri, &c.
Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sęcula. Gloria, &c.
Benedictus es Domine in firmamento cęli: laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sęcula. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc, & semper, & in sęcula sęculorum. Amen.

℣. Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu.
℟. Laudemus, superexaltemus eum in sęcula.
℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Exurge Christe adiuua nos.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui dedistis famulis tuis in confessione veræ fidei, ęternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem, quęsumus, vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis.

PRotege Domine famulos tuos subsidiis pacis, & B. Marię semper Virginis patrocinio confidentes à cunctis hostibus, & periculis redde securos.

A Domo tua quæsumus Domine spiritales nequitiæ repellantur, & aerearum discedat malignitas tempestatum.

AD te nos Domine clamantes exaudi, & aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus; vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præueniente, clementiam sentiamus.

LArgiri, & conseruare fructus terræ, dignare Domine Deus noster, vt temporalibus gaudeamus auxilijs, & proficiamus spiritualibus incrementis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Orationes à Sacerdote dicendæ super ægrotos.

IEsus Christus ęterni Patris filius, mundique Redemptor, cuius gratia Christianus es, te in Catholica fide conseruet, beatumque faciat, & quod de credentibus in se, dixit: super ęgros manus imponent, & bene habebunt. Per quindecim Sacratissimi Rosarij mysteria, perque merita, & intercessionem Sanctissimæ suæ Genitricis Virginis Mariæ, Sancti Floriani martyris, Sancti Sigismundi martyris, SS. Acatij, & Heliadis, & sociorum decem millium Crucifixorum, S. Venerandi martyris, S. Augustini Episcopi Confessoris, & Ecclesię Doctoris, S. Vincentij confessoris, S. Venerandæ Virginis, & martyris, & omnium Sanctorum, & Sanctarum martyrum, Virginum, & Confessorum ✠ sit tibi clemens, & propitius, ✠ ac te ab hac, qua teneris infirmitate, liberare dignetur, ✠ tribuatque tibi perfectam mentis, & corporis sanitatem, ac te in hora mortis protegat, animamque suscipiens, ad Paradisi ianuam perducat Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sęcula sęculorum. Amen.

Alia Oratio.

MEritis, & precibus beatissimi Bartholomæi Apostoli te ab omnibus malis, morbo caduco, maleficijs, dęmonum vexatione, & ab omni alio morbo liberet Iesus Christus Dominus noster, totius conditor, ac Saluator mundi. Amen.

Alia

Alia Oratio.

O Dulcissime Domine Iesu Christe, mestorum consolatio, laborantium fortitudo, qui de credentibus in te dixisti: super ęgros manus imponent, & bene habebunt: per tuæ sacratissimæ passionis merita, ac immaculatæ Virginis Mariæ matris tuæ, & omnium Sanctorum intercessionem liberare digneris hunc famulum tuum N. ab hac, qua detinetur, infirmitate, & qui beatissimi Apostoli tui Petri socrum, & Reguli filium à magnis febribus liberasti, ita hunc famulum tuum N. te humiliter deprecantem exaudi, ✠ atque ab eo hanc qua premitur, ægritudinem pelle, & qui Paraliticum curasti, leprosos mundasti, Centurionis filium sanasti, mulierem à fluxu sanguinis liberasti; iacentem languidum ad piscinam erexisti, & confirmasti; circuendi, per omnes ciuitates, & castella omnem languorem, & omnem infirmitatem curasti: ita illos tuos misericordes oculos ad hunc famulum tuum N. conuerte, ✠ perfectamque illi mentis, & corporis sanitatem concede: & qui manuum tuarum impositione, & solo fimbrię tactu omnes male habentes curasti, quique Apostolo tuo Petro concessisti, vt sui corporis vmbra ægrotos sanitati restitueret, & beatissimis Apostolis tuis potestatem curandi omnes morbos tribuisti, eisque præcepisti, vt infirmos curarent, tu Domine Iesu Christe, per manuum mearum impositionem, quibus immaculatum tuum corpus ęterno tuo Patri, licet indignus, offero, & per tactum harum sanctarum reliquiarum, & per merita Sanctorum quorum hæ sunt reliquiæ, quibus tango, & signo ✠ hunc famulum tuum N. ab hac ægritudine, atque tribulatione clementer eripe. Qui viuis, & regnas in sęcula sęculorum. Amen.

Alia Oratio.

✠ POtentia Dei Patris adiuuet te, ✠ Sapientia Dei filij instruat te, ✠ Virtus Spiritus sancti liberet te ab omnibus malis, & periculis animæ, & corporis. Amen.

Alia Oratio.

BEnedicat tibi Dominus, & custodiat te: ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui, conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Amen.

Alia Oratio.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

✠ Sequentia ✠ sancti Euangelii ✠ secundum Lucam.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: surgens Iesus de Synagoga, introiuit in domum Simonis, socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea, & stans super illam, imperauit febri, & dimisit illam, & continuo surgens, ministrabat illis.
℟. Laus tibi Christe.
Per Euangelica dicta † confundatur † deleatur † extinguatur † dissipetur, & † destruatur omnis malitia diabolica. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

-Ore-

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, qui beatissimi Apostoli tui Petri febricitantem socrum curasti, & qua hora dixisti Regulo, filius tuus viuit, reliquit eum febris, te humiliter deprecamur, † vt hunc famulum tuum N. † à febre, qua præmitur, liberare digneris; vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones, Qui viuis, & regnas in sæcula sęculorum. Amen.

Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat, Christus ab hac febre, atque ab omni malo mentis, & corporis te liberet. Amen.

Alia Orationes.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.

INtroeat, quæsumus Domine Iesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu æterna fœlicitas, diuina prosperitas, æterna lętitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus dęmonum, adsint Angeli pacis, domumque hanc deserat effugata discordia: magnifica Domine super nos nomen sanctum tuum, † benedic conuersationi nostræ, sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui sanctus, & pius es, & permanens cum Patre, & Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus 6.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsque-quo?
Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est à furore oculus meus; inueteraui inter omnes inimicos meos.
Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.
Erubescant, & conturbentur omnes vehementer inimici mei conuertantur, & erubescant valde velociter.
Gloria Patri, & Filio.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

✠ Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ secundùm Mattheum.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Cum introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paraliticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam, & curabo eum. Et respōdens Centurio, ait: Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic vade, & vadit; & alio veni, & venit; & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem hæc Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam

tam fidem in Israel, dico autem vobis, quod multi ab Oriente,& Occidente venient, & recumbēt cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cęlorum,filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni. Vade, & sicut credidisti,fiat tibi.Et sanatus est puer ex illa hora. ℞. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta † confundatur, † deleatur, † extinguatur, † dissipetur,& † destruatur omnis malitia diabolica. Amen.

Oremus.

DOmine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus,facturam tuam multiplici pietate custodis, ad inuocationem nominis tui benignus assiste,vt famulum tuum N. ab ægritudine liberatum, & sanitati donatum,dextera tua erigas, virtute confirmes,potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ sanctæ, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Psalmus 15.

COnserua me Domine, quoniam speraui in te:dixi Domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.
Sanctis, qui sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.
Multiplicatæ sunt infirmitates eorum; postea accelerauerunt.
Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.
Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui

qui restitues hereditatem meam mihi.
Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi.
Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: insuper & vsque ad noctẽ increpuerunt me renes mei.
Prouidebam Dominum in cõspectu meo semper; quoniam à dextris est mihi ne commouear.
Propter hoc lętatum est cor meum, & exultauit lingua mea; insuper & caro mea requiescet in spe.
Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
Notas mihi fecisti vias vitæ; adimplebis me lętitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.
Gloria Patri, & Filio.

Aliæ Orationes.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

✠ Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ secundum Marcum.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt, & dixit eis. Euntes in mundũ vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur, signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur; In nomine meo dęmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum, quid biberint, non eis nocebit, super ęgros manus imponent, & benè habebunt.
Et

Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in Cœlum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. ℟. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta confundatur, † deleatur, † extinguatur, † dissipetur, & † destruatur omnis malitia diabolica. Amen.

Oremus.

VIrtutum cœlestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem præcepti tui potestate depellis, adesto propitius huic famulo tuo; vt fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen sanctum tuum, instaurata protinus sanitate, benedicat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Psalmus 19.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet.

Lętabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de Cœlo sancto suo: in potentatibus salus dexteræ eius.

Hi in curribus, & hi in equis : nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.
Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus.
Domine, saluum fac Regem, & exaudi nos, in die, qua inuocauerimus te.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Aliæ Orationes.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

✠ Sequentia ✠ sancti Euangelij ✠ secundum Lucam.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Surgens Iesus de Synagoga, introiuit domum Simonis, socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea, & stãs super illum imperauit febri, & dimisit illam, & continuo surgens, ministrabat illis. Cum autem Sol occidisset: omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos.
℟. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta confundatur, ✠ deleatur, ✠ extinguatur, dissipetur, & ✠ destruatur omnis malitia diabolica. Amen.

Oremus.

DOmine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui fragilitatem humanæ conditionis, infusa virtutis tuæ dignatione, confirmas; vt salutaribus reme-

dijs,

dijs, corpora nostra, & mentes vegetentur, super hunc famulum tuum N. propitius intende, vt omni necessitate corporeæ infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinæ sanitatis perfectæ reputetur. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Psalmus 85.

INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops, & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum, Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

Quoniam tu Domine suauis, & mitis: & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis Domine; & non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascunque fecisti venient, & adorabunt, coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua; lętetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Cõfitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo; & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quoniam misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui insurrexerunt super me, & Synagoga potentium quæsierunt animam meam, & non proposuerunt

runt te in conspectu suo.
Et tu Domine Deus miserator, & misericors: patiens, & multæ misericordiæ, & verax.
Respice in me, & miserere mei; da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.
✠ Fac mecum signum in bonum, vt videant, qui oderunt me: & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me. Gloria Patri.

Aliæ Orationes.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

✠ Sequentia Sancti Euangelij ✠ secundum Ioannem.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Erat dies festus Iudęorum, & ascendit Iesus Hierosolymam: Est autem Hierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticos habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cęcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in Piscinam, & mouebatur aqua, & qui primus descendisset in Piscinam post motionem aquæ sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset, quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in Piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula, & statim

sanus

ſanus factus eſt homo ille;& ſuſtulit grabatum ſuum ,& ambulabat : erat autem Sabbatum in die illo.Dicebant ergo Iudæi illi , qui ſanatus fuerat:Sabbatum eſt ,non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis. Qui me ſanum fecit ,ille mihi dixit : Tolle grabatum tuum, & ambula.Interrogauerunt ergo eum:Quis eſt ille homo,qui tibi dixit ,tolle grabatum tuum , & ambula ? Is autem qui ſanus fuerat effectus neſciebat quis eſſet.Ieſus enim declinauit à turba conſtituta in loco . Poſtea inuenit eum Ieſus in templo ,& dixit illi:Ecce ſanus factus es,iam noli peccare , ne deterius tibi aliquid contingat. ℞.Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta † confundatur , † deleatur , † extinguatur,† diſſipetur,& † deſtruatur omnis malitia diabolica . Amen.

Oremus.

RESpice Domine famulum tuum N.in infirmitate ſui corporis laborantem,& animam refoue ,quā creaſti:vt caſtigationibus emendata,cōtinuo ſe ſentiat tua medicina ſaluatum . Per Chriſtum Dominum noſtrum.Amen.

Pſalmus 90.

QVi habitat in adiutorio Altiſſimi:in protectione Dei Cęli commorabitur.

Dicet Domino ſuſceptor meus es tu , & refugiū meū Deus meus ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium : & à verbo aſpero.

Scapulis ſuis obūbrabit tibi:& ſub pēnis eius ſperabis.

Scuto circundabit te veritas eius:non timebis à timore nocturno.

A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu, & dæmonio meridiano.
Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.
Verumtamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis.
Quoniam tu es Domine ſpes mea: Altiſſimum poſuiſti refugium tuum.
Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam Angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.
In manibus portabunt te; ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.
Quoniam in me ſperauit liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.
Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum. Gloria Patri, & Filio, &c.

Pſalmus 120.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino: qui fecit Cœlum, & Terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet, qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit, neque dormitet: qui cuſtodit Iſrael.
Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.

Per diem Sol non vret te: neque Luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.
Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & vsque in seculum. Gloria Patri, &c.
℣. Media vita in morte sumus, quem quærimus adiutorem, nisi, te Domine, qui pro peccatis nostris irasceris.
℟. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus, & misericors, saluator, amaræ morti ne tradas nos.
℣. Ne proiicias nos in tempore senectutis, cùm defecerit virtus nostra, ne derelinquas nos Domine.
℟. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus, & misericors, saluator, amaræ morti ne tradas nos.
℣. Muro inexpugnabili circumcinge nos, Domine, & armis tuæ potentiæ protege nos semper Deus noster.
℟. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus, & misericors, saluator, amaræ morti ne tradas nos.
℣. Aspice Domine, de sede sancta tua, & cogita de nobis, inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide tribulationem nostram.
℟. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus, & misericors, saluator, amaræ morti ne tradas nos.
℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sęcula sęculorum. Amen.
℟. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus, & misericors, saluator, amaræ morti ne tradas nos.
℣. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum.
℟. Sana me Domine, quoniã conturbata sunt ossa mea.
℣. Post partum Virgo inuiolata permansisti.

℟. Sancta Dei Genitrix, intercede pro nobis.
℣. Angelis suis Deus mandauit de te.
℟. Vt custodiant te in omnibus vijs tuis.
℣. Saluum fac seruum tuum.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Esto ei Domine Turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, infirmantem famulum tuum N. propitius respice, atque ad protegendum eum dexteram tuæ Maiestatis extende.

COncede hunc famulum tuum N. quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & Gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui, miro ordine, Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius, vt à quibus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur.

DEus, qui facturæ tuæ semper pio dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris; & famulum tuum N. aduersa valetudine sui corporis laborantem, placatus respice, & visita salutari tuo, & cœlestis gratiæ præsta ei medicinam. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, &c.

Com-

Completâ vltimâ Oratione, Sacerdos vtramque manum imponat super caput infirmi, & dicat Orationem de B. Vincentio, quam febricitantibus plurimum valere certum est.

Oratio Beati Vincentij.

SVper ægros manus imponent, & benè habebunt: Iesus Mariæ filius, mundi salus, & Dominus, meritis B. Vincentij confessoris tui, sit tibi clemens, & propitius. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

✠ Initium ✠ sancti ✠ Euangelii secundum Ioannem.

℞. Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis (& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre) plenum gratiæ, & veritatis.

℟. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta † confundatur, † deleatur, † extinguatur, † dissipetur, & destruatur omnis malitia diabolica. Amen.

Oratio.

DOminus Iesus Christus apud te sit, vt te defendat, intra te sit, vt te conseruet; ante te sit, vt te deducat; post te sit, vt te custodiat; super te sit, vt te bene † dicat: Qui cum Patre, & Spiritu sancto in vnitate perfecta viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.
Benedictio Dei omnipotentis Pa † tris, & Fi † lii, & Spi † ritus sancti descendat super te, & maneat semper.
✠ In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.
Pater noster. Aue Maria.

Antiphona.

EXaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam, intende in me, & exaudi me. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, sana me Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea, & anima mea turbata est valde.
Psalmus. Miserere mei Deus, *vel* Domine exaudi orationem meam, *vel* alius Psalmus. *Deinde repetitur Antiphona.* Exaudi Deus orationem, &c.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

✠ Sequentia ſancti Euangelii ſecundm Lucam.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Surgens Ieſus de Synagoga introiuit in domum Simonis, ſocrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea, & ſtans ſuper illam imperauit febri, & dimiſit illam, & continuo ſurgens miniſtrabat illis, cum autem Sol occidiſſet, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad eum, & ille ſingulis manus imponens, curabat eos.

℟. Laus tibi Chriſte.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſ. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Saluum fac ſeruum tuum.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium, exaudi nos pro famulo tuo infirmo, pro quo miſericordiæ tuæ imploramus auxilium, vt reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in Eccleſia tua referat actiones.

DEus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilii tui ſuper hunc infirmum famulum tuum oſtende virtutem, vt opere miſericordiæ tuæ adiutus, Eccleſiæ tuæ ſanctæ incolumis repræſentari mereatur.

OMnipotens sempiterne Deus, qui præcantium voces benignus exaudis, Maiestatem tuam, supplices exoramus, vt sicut socrum Simonis tua immensa bonitate à magnis febribus liberasti, ita hunc famulum tuum N. infirmum, febri laborantem, sanare, atque ab omni malo liberare digneris.

COncede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & Gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & ęterna perfrui lętitia.

ACtiones nostras, quęsumus Domine, aspirando preueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cępta finiatur. Per Christum, &c.

✠ Benedictio Dei Patris omnipotentis descendat super te, & maneat semper tecum. Amen.



IN-

INDVLGENTIÆ TERRÆ SANCTÆ.



Via Leo X. concessit Fratribus Minoribus. Regularis Obseruantiæ, vt dicendo sex Pater noster, cum totidem Aue Maria, & in fine cuiuslibet, Gloria Patri, promereri valeant, non solùm stationes, & Indulgentias Vrbis Romæ, verum etiam illas, quæ habentur in S. Iacobo in Compostella, & in Hierusalem, vt habetur sub autentico supra hoc supplemento, fol. 60. concessione 180. Ideò, vt Religiosi ampliùs inardescāt ad lucrandum huiusmodi Indulgentias eis concessas, visum est hic illas explicare, prout reperiuntur in quibusdam summarijs litteris ereis scriptis, tenore subsequenti.

Sequuntur primæ Indulgentiæ plenariæ Terræ Sanctæ.

IN Ecclesia Sancti Sepulchri, vbi Dominus noster Iesus Christus triduo iacuit: est Indulgentia liberationis vnius animæ à pęna, & culpa.

In Loco, vbi fuit inuenta Crux Dominica, vnà cum clauis, quibus in illa fuit confixus: est Indulg. plenaria.

In Domo Pilati, vbi Dominus noster fuit flagellatus, & spinis coronatus, ac morti adiudicatus: est indulgentia plenaria.

In Domo Herodis, vbi Christus fuit illusus, & veste alba indutus: est Indulgentia plenaria.

In Ecclesia S. Annæ, vbi nata est B. V. M. Indulgentia plenaria.

In

In Templo, vbi eadem Beata Virgo fuit præsentata, & postea desponsata: est Indulgentia plenaria.

In Porta, quæ denominatur aurea, per quam Christus ingressus est Dominica palmarum: Indulgentia plenaria.

In Ecclesia, vbi est Sepulchrum Beatæ Virginis, in quo aliquandiù iacuit: Indulgentia plenaria.

In Ecclesia, quæ est in loco, ex quo Christus ascendit visibiliter in cęlum: indulgentia plenaria.

In Ecclesia, vbi antiquitus fuit Domus habitationis Beatæ Virginis: indulgentia plenaria.

In Cœnaculo, vbi fuit institutum Sacramentum Altaris, &c. indulgentia plenaria.

In Ecclesia, vbi iuxta Præsepe natus est Saluator Mundi: indulgentia plenaria.

In monte Caluario, vbi Christus crucifixus est: indulgentia plenaria.

In Bethania, vbi est Sepulchrum Lazari, à quo fuit resuscitatus per Christum: indulgentia plenaria.

In Monte, seù deserto, in quo Christus ieiunauit quadraginta diebus: indulgentia plenaria.

Apud fluuium Iordanis in loco, vbi Christus baptizatus est: indulgentia plenaria.

In Nazareth in loco, vbi fuit salutata ab Angelo Beata Virgo: indulgentia plenaria.

In Ecclesia, vbi fuit Domus Sanctæ Helisabeth, & vbi natus est S. Ioannes Baptista; indulgentia plenaria.

In loco, vbi Christus paruulus natus, & pannis mundis inuolutus est: indulgentia plenaria.

In Altari, vbi Christus fuit circumcisus: indulgentia plenaria.

In Monte Tabor, vbi Christus transfiguratus est: indulgentia plenaria.

Infra Ecclesiam mõtis Sion, vbi sunt sepulchra Regũ Iuda, & aliquorum Prophetarum: indulgẽtia plenaria.

VL-

VLTRA SVPRADICTAS PLENARIAS Indulgentias, sunt multæ aliæ Indulgentiæ annorum, & quadragenarum in diuersis locis Terræ Sanctæ. Et primo in Hierusalem.

IN introitu Ciuitatis Hierusalem, consequuntur peregrini, qui ingrediuntur per portamCiuitatis quadraginta annos, & tot idem quadragenas remissionis.

In Horto, vbi Dominus post resurrectionem apparuit Magdalenæ in specie hortulani: sunt sexcenti anni, & tot quadragenæ remissionis.

In loco, vbi idem Dominus apparuit post Resurrectionem suæ Matri; sunt septem anni, & totidem quadragenæ.

Vbi fuit super vestem Christi missa sors: sunt septem anni, & totidem quadragenæ.

In Domo Annæ, vbi fuit alaphizatus Christus: sunt septem anni, & tot idem quadragenæ.

Itèm in loco vbi angariauerũt Simonem Cireneum, vt portaret Crucem Christi: sunt septem anni, & septem quadragenæ.

In quodam loco, vbi Dominus Iesus prædicabat; sunt septem anni, & tot quadragenæ.

In Cœnaculo, vbi Dominus lauit pedes Discipulorum suorum: sunt septem anni, & tot quadragenæ.

Ibidem in loco, vbi post resurrectionem intrauit ianuis clausis, & apparuit Apostolis: sunt etiam septem anni, & totidem quadragenæ indulgentiarum.

In Via, vbi apparuit Dominus tribus Marijs redeuntibus à Sepulchro, sunt septem anni, & septem quadragenæ.

In Loco, vbi Dominus conuersus ad mulieres lamentantes eum, dixit: nolite flere super me: sunt septem anni, & septem quadragenæ.

In Loco, qui dicitur pasmus Beatæ Virginis, vbi videns

dens Christum baiulantem Crucem, cecidit velut mortua; sunt etiam septem anni, & totidem quadragenæ.

Item in Loco, vbi sunt duæ petræ albæ, super quas sedit Christus lassatus ex pondere Crucis: sunt septem anni, & septem quadragenæ.

In Torrente Cedron, vbi erat lignum, ex quo facta fuit Crux: sunt septem anni, & septem quadragenæ.

In Horto vbi orauit tribus vicibus, & sudauit sanguinem: sunt etiam septem anni, & totidem quadragenę.

In Loco, vbi Dominus illuminauit cęcum: sunt septem anni, & totidem quadragenæ.

In Domo Simeonis, qui accipiens Christum in vlnas dixit: *Nunc dimittis*, &c. sunt septem anni, & septem quadragenę.

In Agro empto ex pretio Sanguinis Christi, qui dicitur Acheldama: sunt septem anni, & septem quadragenę. Alias triginta anni, & totidem quadragenæ.

In Ecclesia, quæ fuit Domus, in qua habitauit Beata Virgo post Ascensionem Christi: sunt septem anni, & septem quadragenæ.

In Capella, vbi Sanctus Ioannes Euangelista celebrauit Missam Beatæ Virgini post Ascensionem filij sui: sunt septem anni, & totidem quadragenæ.

In Oratorio, vbi Beata Virgo faciebat orationem: sunt septem anni, & septem quadragenæ.

Item in Loco, qui appellatur palma Beatæ Virginis: sunt quadraginta anni, & quadraginta quadragenæ.

Item in Loco, vbi Iudæi voluerunt arguere Christum propter sua opera; sunt septem anni, & septem quadragenæ.

Iuxta Lapidem quemdam, vbi fertur, quòd Dominus sanauit multos infirmos sunt septem anni, & totidem quadragenæ.

In specu subterranea, vbi Petrus post trinam negationem fecit pœnitentiam: sunt indulgentiæ quadraginta

ginta annorum; & totidem quadragenarum.

In Turri Dauid, quæ fertur se inclinasse Christo ab eo descendenti: sunt decem anni, & totidem quadragenę.

In Loco, vbi decollatus est Iacobus Zebedęus: sunt triginta anni, & totidem quadragenæ.

Secundò apud Ciuitatem Bethleem sunt sequentes.

IN Domo, vbi tres Magi Orientales inuenerunt, & adorauerunt Christum puerum: sunt septem anni, & totidem quadragenæ remissionis.

In Loco, vbi disparuit eis stella, quam viderant in Oriente: sunt septem anni, & septem Quadragenę.

In Quadam Capella, vbi sunt Sepulchra Sanctorum Innocentium: sunt etiam septem anni, & septem quadragenę.

Item in Quadam Ecclesia intitulata Beatæ Virgini, vbi Angeli ei apparuerunt, & insinuauerunt viam Ægypti, vt illuc fugeret cum puero Iesu: sunt septem anni, & septem quadragenæ.

In Loco, vbi Angeli apparuerunt Pastoribus, & cecinerunt. *Gloria in excelsis Deo:* sunt septem anni, & totidem quadragenæ.

Tertio apud Bethaniam sunt istæ paucæ.

IN Domo Simonis pharisæi, vbi Christus pepercit Magdalenæ sua peccata: sunt septem anni, & septem quadragenæ.

In Domo, vbi ante sex dies Paschæ fecerunt ei cœnam, & Magdalena attulit alabastrum vnguenti, & cætera: sunt septem anni, & totidem quadragenæ.

In Domo S. Marthæ: sunt septem anni, & totidem quadragenæ. In Domo Magdalenæ: totidem.

Quarto in monte Olineti, & circumcirca, reperiuntur sequentia.

Apud Bethphage: vbi Dominus ascendit super asinam in die palmarum: sunt quindecim anni, & & totidem quadragenæ.

In Via, seu loco, vbi Dominus videns Ciuitatem Hierusalem fleuit super eam: sunt septem anni, & septem quadragenæ.

In Loco, vbi Angelus præsentauit Virgini palmam ante suam mortem: sunt septem anni, & septem quadragenæ.

Ibidem in viculo Bethsage, vbi Apostoli composuerunt Symbolum: sunt septem anni, & septem quadragenæ.

Item in Loco, vbi Dominus docuit Apostolos orare, & composuit Pater noster: sunt septem anni, & septem quadragenæ.

Quinto in vallibus Iosaphat, & Siloe, habentur infrascripta.

IN Loco vbi Dominus fuit captus, & ligatus in nocte passionis: sunt septem anni, & totidem quadragenę.

In Loco, vbi Sanctus Stephanus fuit lapidatus: sunt septem anni, & totidem quadragenę.

In Loco, vbi fuit sepultus idem Sanctus Stephanus à Gamaliele: totidem anni, & quadragenæ.

In Loco, vbi Dominus in nocte passionis dimisit octo Discipulos, & assumpsit tres, scilicet Petrum, &c. sunt etiam septem anni, & tot quadragenę.

In valle Siloe dicitur esse quidam fons, in quo Beata Virgo lauabat pannos pueri Iesu, quando cum eo existente paruulo ascendebat in Hierusalem ad Templum: & ibi sunt septem anni, & septem quadragenæ.

In Natatoria Siloe, quo misit Christus cęcum, vt lauaretur, & illuminaretur: sunt septem anni, & totidem quadragenæ.

Sexto apud Ciuitatem Nazareth, sunt hæ.

IN Domo Sancti Ioachim Patris Beatæ Virginis, vbi est quoddam Monasterium: sunt septem anni, & totidem quadragenę.

Iuxta Fontem, ex quo fertur, quòd Iesus Dominus noster, cum esset paruulus deferebat aquam Matri suę: sunt septem anni, & totidem quadragenę.

Item in Domo, vbi dicitur fuisse schola, in qua Beata Virgo didicit litteras: sunt septem anni, & totidem quadragenæ.

In Domo, vbi nati fuerunt Iacobus maior, & Ioannes Euangelista: sunt decem anni, & triginta quadragenæ.

Septimo in Montanis Iudeæ, sunt istæ.

IN Domo Zachariæ Patris Ioannis Baptistæ, vbi Beata Virgo salutauit Helisabeth: sunt septem anni, & septem quadragenę.

Item ibidem vbi dixit Zacharias, *Ioannes est nomen eius.* Et composuit Canticum. *Benedictus.* sunt septem anni, septem quadragenæ.

In eisdē Montanis vltra fluuium Iordanis, est quoddam Monasterium, vbi est quædam pars Crucis Christi: & sunt etiam septem anni, & totidem quadragenę indulgentiæ.

Ibidem est aliud Monasterium Sanctis Ioannis Baptistę: vbi sunt septem anni, & totidem quadragenę.

In Deserto, vbi Sanctus Ioannes fecit pœnitentiam: sunt septem anni, & totidem quadragenæ remissionis.

Octauo apud vallem Hebron, sunt sequentes.

IN Campo Damasceno, vbi ex limo terrę formauit Deus primum hominem: dicuntur esse decem anni, & quindecim quadragenę indulgentię.

In Loco, vbi sepultus est Adam primus homo: sunt septem anni, & totidem quadragenę.

In eadem valle in spelunca, vbi sepulti sunt Abraham, Isaac, & Iacob: sunt septem anni, & septem quadragenę.

Vbi dicitur nata fuisse arbor Crucis: sunt viginti anni, & totidem quadragenæ.

Nono apud Galilæam.

IN loco Galileę, vbi Dominus complens promissum suum, apparuit Apostolis: sunt septem anni, & septem quadragenę.

In Monte, quo Diabolus tentans Christum, duxit eum in locum excelsum, &c. sunt septem anni, & septem quadragenę.

D. Defendens Brusatus Vic. Gen.

SOM-

SOMMARIO
DI MOLTE INDVLGENZE

Concesse à Frati Minori di San Francesco da diuersi Sommi Pontefici, cauato dal compendio de' Priuileggi d'essi Frati.

Delle Indulgenze Plenarie.



ARTINO V. Eugenio IV. Nicolò V. Callisto III. Pio II. & Sisto IV. concessero indulgenza Plenaria, à tutti li Frati Minori Osseruanti nell'hora della morte.

✠ Il medesimo Sisto concesse indulgenza Plenaria à qualunque si veste dell habito di ciascuno delli trè Ordini di San Francesco, & anco nell'hora della morte.

† Innocentio IV. concesse indulgenza plenaria alli Frati Minori Sacerdoti, celebrando nelli giorni Domenicali, nelle solennità del Signore, della Madonna, & de'Santi di detto Ordine. Et alli Laici, communicandosi in dette solennità. La medesima indulgenza concesse alle Monache di S. Chiara, quali prenderanno la Santa communione nelli sudetti giorni.

† Giulio II. concesse à Frati Minori Osseruanti, & alle Monache di Santa Chiara indulgenza plenaria, ogni volta, che diranno la Corona della Madonna, la qual contiene 72. Aue Maria, & 8. Pater noster, aggiungendoui però vn'Aue Maria per esso Pontefice.

† L'istesso alli medesimi concesse indulgenza ple-

naria, quando, che reciteranno la corona del N. S. Giesù Christo, la qual contiene 33. Pater noster, & 33. Aue Maria, in memoria degli anni della vita sua.

† Leone X. concesse indulgenza plenaria alli Frati Minori, ogni volta, che dicessero l'officio de'morti, ouero i Sette Salmi penitentiali, ouero i Cantici detti Graduali, per l'anime, che sono nel Purgatorio.

† Il medesimo concesse indulgenza plenaria, quando essi Frati Minori dicono, ouero odono la Messa della Concettione della B. Vergine, & hanno intentione di pregare per sua Santità, & per la Chiesa vniuersale. L'istessa indulgenza guadagnano le Monache di Santa Chiara, ascoltando la Messa, & pregando come di sopra.

† Il sopradetto Leone concesse à tutti li Frati infermi, & vecchi in decrepita età, tutte le indulgenze, che hanno quelli, che dicono la Corona del N. S. Giesù Christo, e della sua Madre dicendo vn Salmo, ouero vn Hinno del Signore, ouero della Vergine.

† Leone X. concesse ancora alle Monache dell'Ordine di S. Chiara indulgenza plenaria, tutte le volte, che faranno la santa communione.

† L'istesso Leone concesse, che ciascuno Frate Minore osseruante, dicendo, i Salmi Penitentiali, ouero cinque Pater noster, e cinque Aue Maria, innanzi al S.Sacramento nel Sabbato delle Palme, & nel giorno di Santo Giouanni Euangelista, & nella Festa del medesimo, detta, *ante Portam Latinam*, possa liberare vn'anima dalle pene del Purgatorio, vuole però il Pontefice, che quel giorno, che li Frati godono tal gratia, siano obligati recitare vna corona della Madonna, per sua Santità.

† Il medesimo concesse alli Frati, che nelle solennità del Signore, della Madonna, de' Santi Pietro, & Paulo, del B.P. s.Francesco, & de tutti i santi, & anco

per

per tutta la settimana Santa, con licenza de' loro Prelati, possono farsi assoluere plenariamente.

† Il sopradetto Pontefice, concesse, à Frati Minori, che oltra l'altre indulgenze, che hanno dalla Santa Sede Apostolica, possino farsi assoluere plenariamente, & hauere indulgenza plenaria vna volta l'anno, nella festa di Santa Caterina Vergine, e Martire. Si deue però auuertire, che nelle assolutioni, sempre s'eccettuano, i casi riseruati alli Ministri.

† Sisto iv. concesse, che ciascuno Frate dell'Ordine de'Predicatori, e Minori, vna volta in vita, e l'altra alla morte, possa essere assoluto plenariamente, ancor che si morisse auanti la Professione.

† Leone x. concesse alli Frati Minori Osseruanti, & alle Monache di Santa Chiara, & del terzo Ordine, che dicendo di giorno, ò di notte, & in qual si voglia luogo, cinque Pater noster, & cinque Aue Maria, & vno Pater con l'Aue Maria per sua Santità, con il Gloria Patri, &c. nel fine di ciascuno, habbiano tutte le stationi, & indulgenze tanto di Roma, quanto della Portiuncula, di Gierusalemme, & di San Giacomo di Galitia.

† Il sodetto Pontefice concesse alle Monache dell' Ordine di Santa Chiara, le medesime gratie, & indulgenze, che hanno li Frati Minori, & alli Frati le istesse, che hauno le Monache.

† Il medesimo Pontefice hà concesso alle Monache di santa Chiara sotto la cura de' Frati Minori Osseruanti, che tutte le solennità del Signore, della Vergine, de tutti i Santi, del Padre s. Francesco, e di santa Chiara, possino farsi assoluere plenariamente dalli loro deputati Confessori, imposta loro la penitentia salutare.

Delle Indulgenze non Plenarie quanto alli Frati.

ALessandro iv.concesse vn'anno d'indulgenza, & quaranta giorni, à Frati, che vanno per obedienza al capitolo Generale, & cento giorni, à quelli, che vanno al Prouinciale.

Leone x.concesse, che li Frati infermi, non potendo, se con danno della sanità, giudicato da Medici, recitare l'Officio Diuino, sodisfino all'obligo loro, dicendo qualche Hinno, salmi, ò Pater noster, & Aue Maria, in luogo delle Hore canoniche, secondo il parere de'suoi Prelati locali.

Il suddetto Pontefice concesse à tutti i secolari, & Frati la remissione della terza parte de' loro peccati, ogni volta, che diranno quindeci Pater, & altre tante Aue Maria, per quelli, che sono in peccato mortale, essendo opera di grandissima carità.

Il medesimo concesse à Frati Minori Osseruanti, alle Monache di santa Chiara, & del Terzo Ordine, che dicendo ogni giorno 15. Pater, & 15. Aue Maria, in commemoratione di tutte le piaghe del N. S. Giesù Christo, guadagnino quindeci mill'anni d'indulgenza.

L'istesso rimette la metà de' peccati commessi in quel giorno, à quel Frate Minore, che dirà l'officio Diuino, leggendo nel libro.

Il sopradetto Papa concede alli Frati di trè Ordini di San Francesco, che guadagnino vna volta il giorno 3000. anni d'indulgenza, dicendo vno Pater noster, & trè volte il nome di Giesù.

Concede ancora, che l'indulgenze date da sua Santità, & suoi Antecessori, come della Corona del Signore, & della Madonna, & altre simili per li viui, le possino i Frati communicare anco alli defonti per modum suffragij.

Sisto

Sisto iv. concesse, che tutte l'indulgenze plenarie. e non plenarie, che sono in Roma in tutte le Chiese, & in ogni tempo, & giorno, siano nell'istesso tempo, e giorno nelle Chiese de Frati Minori per loro solamente, & per quelli del Terzo Ordine. Concesse anco à loro l'indulgenza della Portiuncola, dicendo cinque Pater noster, & cinque Aue Maria, nelle proprie Chiese. Le medesime indulgenze hanno le Monache di S. Chiara nelle loro Chiese interiori, & le loro serue nelle esteriori, aggiongendo per ogni pater noster, & Aue Maria, vno Gloria Patri &c.

Il sopradeto, & suoi successori concessero alli sopradetti l'indulgenze indistintamente de tutti i titoli, & Chiese, che sono in Roma ogni giorno, dicendo cinque Pater noster, & cinque Aue Maria.

Innocentio viij. concesse alli Frati Minori, Predicatori, & altri che per obedienza si ritrouano fuori de' loro Conuenti, e luoghi, l'Indulgenze, & stationi, che haurebbono nelle loro Chiese, dicendo cinque Pater noster, & cinque Aue Maria, in qualunque Chiesa, con intentione però di quella indulgenza, ch' hanno li predetti Frati ne' proprij luoghi. Il medemo concedono à gl'infermi nelle loro infermarie, & celle, & ancora ne'letti, quando in altro modo commodamente non possono dire li sudetti Pater noster, & Aue Maria.

E da sapere, che in Roma ogni giorno almeno in trè luoghi, oue non v'entrano donne, e la remissione plenaria di tutti i peccati, & in otto luoghi per il meno, è la remissione della quarta parte, & in vn altro della Settima, & in diuerse Chiese, & luochi di quella Città, sono quattrocento mill'anni, & mille. e quattro cento quarantene d'indulgenza. Hora per concessione di Sisto iv. & suoi Successori, possono i Frati Minori, le Monache di Santa Chiara, & quelli del terzo

Ordine hauerle tutte dicendo nelle Chiese loro cinque Pater noster, & cinque Aue Maria, come s'è detto di sopra.

Alessandro vj. Giulio ij. & Sisto iv. concedono à Frati Minori, tutte le Gratie indulgenze, e Priuilegi concessi generalmente, e particolarmente à tutti gli altri Ordini Mendicanti.

Delle Indulgenze concesse à secolari, che visitano le Chiese de' Frati Minori.

SISTO iv. concesse à tutti li fedeli dell'vno, e l'altro sesso, che veramente pentiti, & confessati, visiteráno le Chiese de Frati Minori nelle feste di N.S. della B. Vergine Maria, de Beati Giouan Battista, & Apostoli, del B.P. San Francesco, & de tutti i Santi del detto Ordine, 1340. anni d'indulgenza, & 446. quarantene, in ciascuna d'esse Feste.

Molti Sommi Pontefici concessero molte indulgenze, la somma delle quali è anni 3857. à tutti quelli, che vengono per causa di deuotione alle Chiese de' Frati Minori, dalla quarta feria delle Ceneri, sino allà Pasqua, inclusiuè.

Molti Sommi Pontefici ancora concessero anni quaranta, & giorni trecento d'indulgenza, à quelli, che visitano le Chiese, de'Frati Minori, in qual giorno si voglia.

Di più molti Pontefici hanno concesso 18. anni, & 322. giorni d'indulgenza à quelli, che ascoltano le Prediche nelle Chiese de'Frati Minori.

E quando i Frati minori predicano in altri luoghi, possono concedere 18. anni, & giorni 222. d'indulgenza.

Quando poi predicano nelle proprie Chiese, nel tempo della Quadragesima, oltre le predette possono con-

concedere anco, il lunedì, mercordì, & Venerdì 132. anni, & 202. giorni d'indulgenza.

Delle Indulgenze concesse à diuerse persone diuote, & amiche della Religione.

ALESSANDRO IV. hà concesso quaranta anni d'indulgenza à tutti quelli, che allogiano nelle loro case li Frati minori viandanti, gl'amministrano i cibi, ouero pagano per loro i passaggi de porti, e fiumi, ò di qualunque modo fanno loro qualche opera di carità.

Martino iv. hà concesso cento anni d'indulgenza ogn'anno alli Procuratori, & Auuocati, che s'affaticano nelle corti, ò siano Ecclesiastiche, ò secolari per difensione dell'Ordine de'Frati minori.

† Innocentio viij. hà concesso le medesime indulgenze, che hanno i Frati, & tutte le stationi alli Sindici, Procuratori, e sostituti de Frati minori, alle mogli loro, figlioli, parenti, fratelli, & sorelle, dicendo nelle Chiese de' predetti Frati, cinque Pater noster, e cinque Aue Maria per il felice stato della Santa Chiesa Romana.

† Alessandro VI. hà concesso la sopradetta indulgenza alli Medici ordinarij de' Frati Minori, & delle Monache di Santa Chiara.

† Clemente IV. Nicolò iij. & Vrbano V. hanno concesso ogni vno di loro separatamente la remissione della terza parte de' peccati, che in somma vol dire la remissione de tutti i peccati, à quelli, che elegono di morire, & essere sepolti con l'habito de'Frati minori dattogli dal Prelato.

† Leone X. confirmò la concessione soddeta, & aggiunse l'indulgenza plenaria, à quelli, che muoiono, & si sepeliscono col detto habito, datogli dal Prelato, &

se bene non si vestono d'esso habito auanti la morte, dichiara il Papa, che basta à dimandarlo, e tenerlo sopra di se fino alla morte, & doppo morte esser vestito, & in quello sepolto. L'istessa indulgenza nell'istesso modo è concessa alle Donne, che muoiono con l'habito di Santa Chiara.

Giouanni XXIII. hà concesso à tutti li fedeli di Christo, che basciano gli habiti di Frati minori & Predicatori 2075. giorni d'indulgenza.

† Calisto IV. hà concesso indulgenza Plenaria per i Padri, e Madri de'Frati minori, ancora, che fusero nel Purgatorio.

† Vrbano V. ha concesso, al Generale, e Prouinciali di tutto l'Ordine di Frati minori, che posono communicare gli suffragij, indulgenze, orationi, & beni spirituali della Religione alli Benefattori.

Sisto iv. commanda à tutti li fedeli, c'habbiano à celebrare il giorno del B. Padre San Francesco per festa doppia, cessando da tutte l'opre seruili, e per eccitare maggiormente la deuotione de'popoli, relasa, in quel giorno cinquant'anni, & altre tanto quarantene delle penitentie imposte, à chi celebrerà deuotamente la detta festa, come appare per il suo Breue datto in Roma appreso à San Pietro, l'anno del Signore 1472. à 3. d'Ottobre, il 2. anno del suo Pontificato.

Tutte le sopradette indulgenze, gratie, e fauori, sono stati confirmati da Clemente settimo, Paolo terzo Giulio terzo, Paolo quarto, Pio quarto, Pio quinto, di Santa memoria, & finalmente dal Santissimo S.N. Gregorio XIII.

P. Galesinius. Protonot. Apostolicus pro Illustr. Archiep.

Indulgentias omnes Regularibus concessas reuocauit Paulus V. & alias de nouo concessit.

In-

Indulgentiæ concessæ Regularibus pro defunctis non reuocantur per Bullam Pauli V. Nequè reuocantur per dictam Bullam Indulgentiæ concessæ pro articulo mortis. Neque concessæ alicui Ecclesiæ particulari in die eius festi. Neque concessæ medalijs vel coronis, Indulgentiæ concessæ Ecclesiis Regularium, pro sæcularibus non sunt reuocatæ per bullam Pauli V. Neque sunt reuocatæ Indulgentiæ, quas Prædicatores Mendicantes eorum Prędicationibus finitis possunt concedere suis auditoribus. Nequè est reuocata Indulgentia concessa audientibus Missam in Ecclesijs Regularium. Neque item sunt reuocatæ Indulgentię concessæ morientibus cum habitu dictorum Mendicantium. Neque item est reuocata Indulgentia concessa salutantibus quascumque personas his verbis laudetur Iesus Christus. *Nec similiter Indulgentia concessa inuocantibus tempore mortis, ore, vel corde nomen* Iesu.



S.D.N.D. SIXTI PAPAE QVINTI.

Indulgentia plenaria perpetua pro Festiuitatibus SS. Francisci, Antonij de Padua, Bonauenturæ, Ludouici Episcopi, & Confessoris, ac Bernardini, & Claræ.

SIXTVS PAPA QVINTVS.

VNiuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à primęua institutione Regulæ Beati Francisci, tàm ob illius, & Sanctorum Antonij de Padua, Ludouici Episcopi, & Confessoris, Bonauenturæ, & Bernardini, nec non Diuæ Claræ, aliorumque eiusdem Ordinis sequacium sanctitatem, & miraculorum multitudinem, quàm etiam ob multorum ipsius Religionis Summorum Pontificum Prędecessorum nostrorum merita: ingens vbique Christifidelium multitudo singularem erga quemcumque dictorum Sanctorum, gerat deuotionis effectum. Nos, vt ipsorum fidelium deuotio huiusmodi non modo conseruetur, sed in dies magis augeatur, animarumque saluti vberiùs consulatur, precibus etiam dilecti filij Clementis Bontadosij Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium Magistri Generalis super hoc nobis humiliter porrectis inclinati, tam omnibus, & singulis dicti Ordinis Minorum Conuentualium, Capuccinorum, & de Obseruantia nuncupatorum Fratribus, & Monialibus, quam cęteris vtriusque sexus Christi fidelibus, qui verè pęnitentes, & confessi, ac Sanctissima Communione refecti, diebus festis Sanctorum Francisci, Antonij de Padua, Bonauenturæ, Ludouici Episcopi, & Confessoris, ac Bernardini prædictorum eorumdem Fratrum Minorum Conuentualium, Capuccinorum, & de Obseruantia: nec non die

Festi-

Feſtiuitatis Sanctæ Claræ Monialium dicti Ordinis Monaſteriorum vbilibet conſtitutorum Eccleſias, tam erectas, quàm erigendas, vel earum aliquam, à primis veſperis vſque ad occaſum Solis eorumdem dierum, ſingulis annis deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, & Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die pręfatorum id egerint, plenariã omnium peccatorũ ſuorum Indulgentiã, & remiſſionẽ miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Nõ obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrarijs quibuſcunque. Vt autem præſentes litteræ ad ipſorum Chriſti fidelium notitiam faciliùs, citiuſque perueniant, volumus, quod earum exemplis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis pręſentibus ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, die xxviij. Septembris. M. D. LXXXV. Pontificatus noſtri anno primo.

Io. Baptiſta Canobius.

ANTIPHONA, SEV ORATIO contra contagiosam luem.

Ex Chronicis Seraphici Ordinis Fratrum Minorum per Reuerendiss.P.Franciscum Gonzagam, eiusdem Ordinis Generalem, conscriptis.

Par.3.de Prouincia Portugalliæ, Monasterio octauo.

LAborante vniuersa Ciuitate Conimbricensi grauissima peste, cępit & Monasterium Sororum Sanctæ Claræ, quæ Vrbanistæ dicuntur, infici. Cumque Abbatissa ad Cratem operam daret, vt Sorores sibi subiectæ alio transferrentur, vt vel sic mortem euadere possent, adfuit ex insperato mendicus, qui ab ea tantæ tristitiæ, & solicitudinis causam sciscitatus, atque certior de his factus, membranulam ei porrexit, inquiens: Si curaueris, vt Antiphona & Oratio, hac in cartula scripta, singulis diebus decantetur, hic locus immunis omninò à peste erit, hisque dictis euanuit. Existimarunt Sorores, huiusmodi mendicum fuisse S.Bartholomęum. Quicquid tamen sit, indubia res est; Cœnobium, ex eo tempore, ab omni pestifera lue, Conimbricensi etiam Ciuitate infecta, liberum fuit.

Antiphona.

STella Cęli extirpauit,
Quæ lactauit Dominum,
Mortis pestem, quam plantauit
Primus parens hominum.
Ipsa Stella nunc dignetur,
Sydera compescere,
Quorum bella plebem cædunt
Diræ mortis vlcere.

O pijs-

O pijssima Stella maris.
A peste succurre nobis.
Audi nos Domina;
Nam filius tuus nihil negat, te honorat.
Salua nos Iesu,
Pro quibus Virgo Mater te orat.
℣. *Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.*
℟. *Vt digni efficiamur promissionibus Christi.*

Oremus.

DEus misericordiæ, Deus pietatis, Deus indulgentiæ, qui misertus es super afflictionem populi tui, & dixisti Angelo percutienti populum tuum; contine manum tuam: ob amorem illius Stellæ gloriosæ, cuius vbera pretiosa cōtra venenum nostrorum delictorum, quàm dulciter suxisti, præsta auxilium gratiæ tuæ, vt ab omni peste, & improuisa morte securè liberemur, & à totius perditionis incursu misericorditer saluemur. Per te Iesu Christe Rex gloriæ, qui viuis, & regnas in sęcula sęculorum. Amen.

Benedictio Corde Sancti Francisci pro sæcularibus.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & Terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne, & misericors Deus, qui, immensa tuæ pietatis largitate, veniam pęnitentibus,

bus, & misericordiam tribuisti; oramus clementiam tuam, vt hanc Cordam bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris: vt quicunque pro peccatis suis cinctus fuerit, & misericordiam tuam implorauerit, veniam, & indulgentiam tuę sanctę misericordiæ consequatur. Per Christum, &c.

Oremus.

ORamus te, Domine sancte, Pater omnipotens, ęterne Deus, vt hanc Cordam bene ✠ dicas, ad restringendos lumbos, & renes, vt omnis, qui supra se portauerit eam, gratam tibi continentiam, mandatorumque tuorum obedientiam seruet, & intercedentibus Beatę Marię semper Virginis,& Beati Patris nostri Francisci meritis, vitam consequatur ęternam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur Aqua benedicta.

Sacerdos cingens Cordam, dicat.

ACcipe Cordam super lumbos tuos, vt sint lumbi tui pręcincti in signum castitatis, & temperantiæ. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiri ✠ tus sancti. Amen.

Oremus.

COncede quæsumus omnipotens Deus, vt qui peccatorum nostrorum pondere pręmimur, Beati Patris nostri Francisci Confessoris tui patrocinio subleuemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ore-

Oremus.

EXtende, Domine, famulis, & famulabus tuis, dexteram cęlestis auxilijs, vt te toto corde perquirant, & quæ digne postulant, consequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Formula Absolutionis plenariæ, pro Cordigeris, in extremis constitutis.

Facta Confessione, & dictis Misereatur. Indulgentiam. *dicatur.*

DOminus noster Iesus Christus, per merita suæ sanctissimæ Passionis, te absoluat, & gratiam suam tibi infundat, & ego authoritate ipsius, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Summorum Pontificum, mihi in hac parte commissa, & tibi concessa, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, & interdicti, si quod incurristi, & restituo te vnitati, & communioni fidelium, & Sanctis Sacramentis Ecclesiæ.

Item eadem authoritate, absoluo te a peccatis tuis, tibique relaxo, omnes pœnas Purgatorij, quas, pro peccatis commissis, meruisti, concedens tibi remissionem, & Indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum, & restituo te illi innocentię, in qua eras, quando baptizatus fuisti. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spi ✠ ritus sancti. Amen: quod si hac vice non discesseris, reseruo tibi hanc gratiam, vsque ad extremum mortis tuæ articulum.

Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita Beatę Marię semper Virginis, & omnium Sanctorum, sint tibi in remissionem peccatorum tuorum, in augmentum gratię, & prœmium vitę ęterne, in quorum etiam peccatorum satisfactionem, virtute clauium, tibi adscribo quicquid boni vnquam feceris, & mali patienter substinueris. Amen.

FINIS FORMVLARII.

DECRETA SACRAE CONGREGATIONIS de Voto decisiuo in Diffinitorijs.

In Ordine Fratrum Minorum de Obseruantia.

Beatissimo Padre.

FRà Sebastiano di Gaeta, Commissario Gener. de i Minori Osseruanti, e Riformati, prostrato a' Santi piedi di Vostra Beatitudine espone, come quasi tutte le Prouincie Cismontane, commesse al suo gouerno, sono d'ordinario in Diffinitorio sei Padri, cioe, Prouinciale, Custode, e quattro Diffinitori. E perche talhora, così nell'elettione de' Guardiani, ed altri Officiali, come nella determinatione delle cause, e di altri negotij graui possono in contradittione riuscire i Voti pari; onde senza concludersi cosa alcuna nascono disordini. Supplica humilmente Vostra Santità à prouedere d'opportuno rimedio in futuro, ò comandando, che in tal caso di parità, s'aggiunga in Diffinitorio vn'altro Padre, con Voto attiuo, ò concedendo al Prouinciale il voto decisiuo, sì come Vrbano VIII. di felice memoria, il concede a' Presidenti dell'elettioni Canoniche (hora dalla Sacra Congregatione dichiarato, non intendersi per li Prouinciali, ma per li Commissarij, quando si mandano dal Superiore Generale) ò pure in altro miglior modo, che parerà alla Santità Vostra. Quem Deus, &c.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium, præposita ad vitandam paritatem suffragiorum, quæ ex numero pari sex vocalium, quibus Definitoria Prouincialium constant, tam in electionibus faciendis, quam

quàm in negotijs decidendis oriri potest. Ministris Prouincialibus deficiente Præside, in huiusmodi casibus Votum decisiuum concessit.
Datum Romæ 13. Martij 1653.

M. Card. Ginettus.

Locus † Sigilli.

Hi: Archiepiscopus Patracensis Secr.

De subrogatione Diffinitorum.

SAcra Congregatio S.R.E. negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, re maturè perpensa, censuit, & declarauit vacationem sexennij à die expleti Officii, statutam in Breue Sanct. memor. Gregorij XV. emanato sub die 22. Februarii 1622. non habere locum in subrogationibus, quas ad præscriptum Constitutionum Ordinis fieri contingit.
Datum Romæ hac die 17. Nouembris 1651.

M. Card. Ginettus.

Locus † Sigilli.

M. Albericius Secr.

De Reelectione Diffinitorum in Prouincijs strictioribus.

CVm à Sacra Congregatione S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum,& Regularium præposita, sub die 2.Iunii 1651.fuerit declaratum, vacationem sex annorum in Officiis Ministri Prouincialis, Custodis, & Diffinitoris Fratrum Min. Sancti Francisci de Obseruantia,aliàs à San.mem.Gregorii XV. statutam in suo Breui, emanato sub die 22. Februarii 1622.intelligendam esse à die expleti officii; ne propterea in Prouinciis strictioribus, in quibus, ex Constitutionibus Ordinis, duodecim dumtaxat Fratres assignantur, ex quibus Custos, & Definitores actuales sunt eligendi, electiones huiusmodi adeò arctatæ remaneant, vt sufficiens numerus minimè supersit, ad eas, qua par est libertate peragendas. Eadem Sacra Congregatio, instante Commissario Generali eiusdem Ordinis, decreuit, vt quotiescunque supradictis Fratribus, aliisque altioris Ordinis, quibus vigore eorundem Constitutionum ius passiuum ad electionem competit,non supersunt saltem septem,inter quos electio cadere valeat, eo casu possint etiam eligi reliqui, qui per solum triennium vacauerint.

Datum Romæ 24.Ianuarii 1653.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

M.Albericius Secr.

Decla-

Declaratio super sexennij vacatione, pro Reelectione Ministri Prouincialis, Custodis, ac Diffinitoris in Ord. Min. Obseru. & Reformatorum.

Eminentissimi, e Reuerendissimi Signori.

PEr rimouere le difficoltà, che nelle Prouincie de' Minori Osseruanti, e Riformati occorrono nella rielettione de' soggetti in Ministri, e Custodi, e Diffinitori, de' quali in virtù d'vna Constitutione della Santa memoria di Gregorio XV. che comincia, *Militantis,* si dice, *Fratres præd. Eti, qui Officio Ministri Prouincialis, Custodis, ac Diffinitoris functi sunt, nullo modo possint reelegi, nisi sexennio transacto:* ed anco in vigore di due Decreti della Sacra Congregatione, emanati sotto li due di Giugno, e l'altro sotto li 7. Luglio 1651. supplica humilmente l'E.E.V.V. il Commissario Generale del medesimo ordine à degnarsi di dichiarare, che la prescritta vacanza s'intenda d'anni Capitolari, e non Solari, come con molte maggiori rappresenta l'oratore in vn foglio separato all'E.E. V.V. *Quam Deus, &c.*

Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit præinsertam Constitutionem Gregorij XV. cum prædictis Decretis intelligendam esse de annis Capitularibus, ita vt tempus intercedens duo Capitula sit integra vacatio in eadem Constitutione præscripta.

Romæ 9. Maij 1653.

M. Card. Ginettus.

Loco † Sigilli.

Hi: Archiepiscopus Patracensis Secr.

AD SANCTAM CHRISTINAM Virginem, & Martyrem Sępini Patronam.

Cuius meritis, ad insignes eius Reliquias Energumenorum multitudo confugientium à dęmonum obsidione liberatur.

EPIGRAMMA.

Perdidit extinctum centeno lumine Anubis,
Et bouis Inachidem præteriere comæ.

Vous, (& excussum Ioannes nouerat Astris,)
Perperus, Infernis Manibus esca datur.

Corporibus, CHRISTINA, canes extrudis in vmbras;
Quid mirum? hoc ipso nomine, Auerna cadunt.



ORDO AD COMMVNICANDVM Vngendum, & ſepulturæ tradendum Fratrem infirmum.

Ad Communicandum.

INgrediens *Sacerdos cum Corpore Chriſti cameram dicat.*

℣. Pax huic domui.

Cæteri autem omnes reſpondeant.

℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Deinde Sacerdos expandet Corporale ſuper locum paratum, & ibi reponat Pixidem S. Sacramenti; Poſtea Sacerdos accedens ad Egrotum aſpergat eum in modum Crucis, deinde Thalamum, & aſtantes, dicendo Antiphona.

Aſperges me Domine hyſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. *Pſal.* Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Gloria Patri &c. Sicut erat &c. *repetitur Antiphona.* Aſperges. *qua repetita dicat Sacerdos.*

℣. Saluum fac ſeruum tuum.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere eum.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Eſto ei domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Domine exaudi &c.

℟. Et clamor meus &c.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus. *Oratio.*

DEus infirmitatis humanæ singularem prædium, auxilij tui super infirmum famulum tuum, fratrem nostrum, ostenda virtutem: vt ope misericordiæ tuæ adiutus, Ecclesię tuæ Sanctæ incolumis repræsentari mereatur. Per Dominum &c.

Postea Sacerdos dicat verba consolatoria infirmo; & hortetur eum, vt se præparet ad digne recipiendum corpus Christi. Tunc infirmus petat humiliter veniam ab omnibus fratribus de omnibus Displicentiis &c. *Cui prælatus, vel Sacerdos apparatus nomine omnium respondeat, quod libenter omnes fratres, non solum ei ignoscunt, sed & similiter, ab ipso omnes petunt veniam de quibusuis displicentijs suis in eum. Mox dicat.*

Confiteor. *Si poterit, vel alius pro eo. Sacerdos autem subdet.* Misereatur &c. Indulgentiam &c. *Vlterius dabit absolutionem illi Sacramentalem si sit necessitas. His peractis Sacerdos eleuet Corpus Christi de Pixide, & ostendat infirmo dicens.* Ecce Agnus Dei &c. Domine non sum dignus &c. *Quo dicto ter, Sacerdos dans infirmo Eucharistiam dicat.* Accipe Frater, Viaticum Corporis Domini nostri Iesu Christi; qui te custodiat ab hoste maligno, & perducat in vitam æternam Amen.

Peracta Communione Sacerdos dicat. Domine exaudiet &c. Et Clamor &c. Dominus &c. Et cum spiritu &c.

Oremus. *Oratio.*

DOmine sancte, pater omnipotens, ęterne Deus: te fideliter deprecamur: vt accipienti fratri nostro sacrum corpus Domini Nostri Iesu Christi, filij tui,

tam Corpori quam animæ prosit ad remedium sempiternum. Amen.

Et hoc dicto iterum espergat Aqua Benedicta, & dicat. Dominus Vobiscum &c.

Oremus. *Oratio.*

EXaudi nos, Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus; & mittere digneris sanctum Angelum tuum de Cœlis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

Tum Sacerdos breuissime repetat infirmo alia verba consolatoria hortando ad patientiam, & ad gratiarum actionem, &c. Postea reuertatur ad Ecclesiam.

Ordo ad Vngendum Fratrem Infirmum.

I*Ngrediens Sacerdos Cameram Fratris ægri dicat.*
℣. Pax huic domui.
℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Et ad talem ingressum infirmum assurgat cum aliqua capitis inclinatione, & reuerentia, vt melius poterit: mox que iacens in lecto deuote permanebit. Et tunc Sacerdos sacris indutus accedat ad mensam paratam, super quam a parte lecto viciniori, deponat vas Olei Sancti; Postea, Sacerdos, stans ante Egrotum, dicat sequentes preces.
℣. Adiutorium nostrum &c. Qui fecit Cęlum &c. Dominus vobiscum. Et cum &c.

Oremus. *Oratio.*

Adesto Domine supplicationibus nostris, & me indignum, qui primum misericordia tua indigeo, clementer exaudi: & quem nō electione meriti, sed dono gra-

tiæ tuæ constituisti huius operis ministrum, da fiduciã tui muneris exequendi; & ipse in nostro ministerio, quod tuæ virtutis est, operare per Christum Dominum &c.

Oremus. *Oratio.*

INtroeat, Domine Iesu Christe, domum hanc sub nostrę humilitatis ingressu, æterna felicitas, diuina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sanctitas sempiterna; effugiat ex hoc loco accessus Dæmonum. Adsint Angeli pacis: domumque hanc deserat effugata discordia. Magnifica Domine, super nos nomen sanctum tuum; & bene ✠ dic nostræ conuersationi: sanctifica nostræ humilitatis ingressum: qui sanctus, & pius es: & permanes cum Patre,, & Spiritu Sancto in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Oremus.

ORemus, & depræcemur Dominum nostrum Iesum Christum, vt benedicendo, bene ✠ dicat hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo: & det eis Angelum bonum Custodem, & faciat eos sibi seruire, ad considerandum mirabilia de lege sua: auertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione: ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde dicat hanc orationem.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de Cœlis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet,

tet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum. &c.

Et ponatur Crux cũ imagine Crucifixi ante oculos infirmi, vt eam possit respicere. Deinde in modum Crucis aspergat ægrotũ Aqua benedicta, postea domum dicendo Antiphona. Asperges &c. *& dicitur tota cum.* Gloria Patri. *vt ponitur supra ad Communionem infirmi.*

Hic Sacerdos aliquantulum consoletur infirmum, & hortetur, vt bono animo sit, vt omnibus curis præsentis vitæ se liberet, & se abiecto mortis metu, se a Deo in æternam requiem vocari gaudeat. Et ideo præparet se ad recipiendam illam sacram medicinã Olei sancti, talis, tantæquè virtutis. Postea Prælatus, si adest, vel Sacerdos petat ab infirmo si habet aliquid ad espurgandam suam conscientiam; si egrotus dicat sic; audiat, & deinde dabit illi absolutionem Sacramentalem; si verò non habeat necessitatem, tunc Clerici astantes dicant septem psalmos pœnitentiales, cum litanijs, quæ leguntur in Commendatione animæ. Sacerdos autem, dum illi legunt psalmos, intincto police Oleo Sancto, dicat absolutè hanc orationem.

In nomine Patris ✠ & Filijs ✠ & Spiritus ✠ sancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli, per impositionem manuum nostrarum: imò per inuocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul sanctorum. ℞. Amen.

Quo dicto faciat signum Crucis de Oleo Sancto in Corpore ægri in septem locis infrascriptis ad vnamquamquem crucem propriam orationem dicendo.

Ad oculos. Oratio.

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiam, parcat tibi dominus quidquid oculorum vitio deliquisti. ℞. Amen.

Mi-

Minister vero, si sit subdiaconus, vel potius ipsemet sacerdos tergat locum inunctum cum vna ex illis pilulis de bombaccio, seu stuppa, reponens eam in theca cartacea super vas mundum, & sic faciat post quamlibet vnctionem, mutando vnam ex illis pilulis.

Ad Aures.

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiam, parcat tibi Dominus, quidquid linguę, vel oris vitio deliquisti. ℟. Amen.

Ad Manus.

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiam, parcat tibi Dominus quidquid tactus vitio deliquisti. ℟. Amen.

Ad Pedes.

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiam, parcat tibi dominus, quidquid incessus vitio deliquisti. ℟. Amen.

Ad Lumbos.

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiam, parcat tibi Dominus, quidquid lumborum, seu carnis vitio deliquisti. ℟. Amen.

Post has sacras vnctiones, sacerdos abstergat aliquo mundo linteolo, vel sudariolo aqua intincto, singula loca infirmi sacro Oleo vncta. Quod postea sudarium alia aqua purificetur, & prematur diligenter super aliquod vas, & aqua illa in sacrarium, seu piscinam, seu baptisterium proijciatur per sacristam Sacerdos autē fricet policem Oleo sanctum

ctū vnctū cum mira, seu mollica panis postea abluat aqua, & tergat manutergio præparato à sacrista, qui similiter pro ijciat hāc ablutionē in piscinam simul cum mica panis, vel potius hanc micam panis incedat; super quod Sanctuarium combúret etiam illos globulos bambacijs, vel stupa cum theca cartacea, vel si comburat alibi, cinis tamen omnimodè proijciatur in dictum sacrarium. His absolutis, Sacerdos dicat sequentes orationes.

Vnxi te Oleo Sancto in nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus Sancti; vt non lateat in te immundus spiritus, & dolor, siuè insanabilis languor, neque in membris tuis, neque in medullis, neque in compaginibus membrorum tuorum. Sed virtus Christi altissimi in te corroboretur. Quoniam sicut vnxit Samuel Dauid in Regem, & Prophetam Olei operatione, omnipotentis virtute: sic suo sancto medicamine te vnxi, quatenus per huius mysterij operationem, & per hanc sacrati Olei vnctionem, atque nostram deprecationem, virtute sanctæ Trinitatis, medicatus, atq. refectus, pristinam, ac melioratam recipere merearis sanctitatem, à Domino omnipotente; qui viuit regnat Deus in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

PEr istam sanctam vnctionem, & per Dei virtutem, & per misterij nostri benedictionē, sanctificentur ab omni sorde peccati manus, & os, cor quoque, ac sensus, Visus, Auditus, Gustus, Tactus, & Odoratus, ac totum Corpus tuum, & Anima tua: & Idoneus efficiaris ad inuocandum, atque sanctificandum Deum, & benedicendum nomem eius, reddat tibi dominus lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirmet te, & spiritum sanctum innouet in visceribus tuis, & ne auferat illum à te. Sed benedictio Dei Patris, & filij,

& spiritus sancti descendat super te: copiosaq; super caput tuum difluat; & in extrema Corporis tui descendat; interius, exteriusq; te repleat, atque circundet, & sit semper tecum. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Sanet te Deus, Pater omnipotens, qui te creauit. Sanet te Iesus Christus, qui pro te passus est in Cruce. Sanet te Spiritus Sanctus, qui tibi in baptismo infusus est. Sancta Trinitas, vnus Deus, gratiam suam ad profectum salutis animæ, & corporis in te augeat, & ab omni malo te liberet, ac in bono iugiter conseruet. Qui viuit, & regnat Deus in sæcula sęculorum. ℟. Amen.

Quibus omnibus peractis, & à Clericis Psalmis, & Litanijs lectis, sacerdos dicat.

KYrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Saluum fac seruum tuum.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei, Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Esto ei, Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Dominus vobiscum.

Oremus. *Oratio.*

DOmine Deus, qui per Apostolum tuum locutus es, infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccle-

Ecclesiæ, & orent super eum vngentes eum oleo Sancto in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei: cura (quæsumus) Redemptor noster. gratia spiritus sancti, languores istius infirmi fratris nostri, & sua sana vulnera, eiusque dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis, & corporis ab eo expelle; plenamque ei interius, exteriusque sanitatem misericorditer redde, vt ope misericordiæ tuæ restitutus, ad pristina repparetur, officia. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuis, & regnas in secula seculorum. ℟. Amen.

Oratio.

RESpice quæsumus Domine, famulum tuum fratrem nostrum, in infirmitate sui corporis fatiscētem, & animam refoue, quam creasti, vt castigationibus emendatus se sentiat tua medicina saluatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Domine sancte pater omnipotens æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam egris infundendo Corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis, ad inuocationem tui nominis benignus assiste; vt famulum tuum fratrem nostrum N. ab egritudine liberatum, & sanitati donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ sanctisque Altaribus tuis, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum, &c. Amen.

Dominus Iesus Christus apud te sit, vt defendat, intra te sit, vt te reficiat, circa te sit, vt te conseruet, ante sit, vt te deducat, post te sit, vt te custodiat, super te sit, vt te benedicat. Qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Vbi Sacramentum egroto ministrauit, si non amisit sensuum vsum, breuibus, & suauibus verbis, eum iterum

consoletur, & animet ad pugnam contra humani generis hostem, cum à Deo, forti armatura munitus ex tunc fuerit. His omnibus peractis reuertantur ad Ecclesiam. Sacerdos autem reuerenter reponat Vasculum Olei sancti in sua fenestella.

Absolutio danda ab omnibus casibus etiam Pontifici reseruatis; Fratribus in agone existentibus, ex Compendio Priuilegiorum. Facta confessione & imposita pœnitentia dicat. Misereatur, &c. Indulgentiam, &c.

Dominus noster Iesus Christus per merita suæ sanctissimæ passionis, te absoluat, & gratiam suam tibi infundat, & ego auctoritate ipsius, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & summorum Pontificũ, mihi in hac parte commissa, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, vel sententia suspensionis, & interdicti, & dispenso te cum omni irregularitate, si quam contraxisti, & restituo te vnioni, & participationi fidelium, nec non sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Eadem auctoritate absoluo te ab omni transgressione votorum tui ordinis, & statutorum Papalium, Generalium, Prouincialium, Custodialium, Localium, & Synodalium quorumcumque. Eadem auctoritate absoluo te, ab omni officio malè persoluto, horis indebitè trãspositis, vel dimissis. Item eadem auctoritate ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquisti, concedens tibi remissionem, & Indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum, Confessorum, & Cunctorum de quibus etiam non recordaris, aut oblitus fuisti; in quantum claues Ecclesiæ se extendunt. Item eadem auctoritate ego absoluo te, à pęnis Purgatorij, quas pro peccatis commissis, & delictis in hoc mundo perpetractis meruisti; restituendo te illi innocentiæ, in qua eras, quando baptizatus fuisti. In nomine Pa ✠ tris, &c. Si hac vice non decesseris

reser-

reseruo tibi hanc gratiam vsque ad extremum mortis tuæ articulo.

Ordo ad sepeliendum fratrem defunctum.

C*Vm aduenerit ergo hora deferendi corpus in Ecclesiam, iuxta placitum superioris; signo Campanæ conuocentur omnes fratres ad locum, vbi iacet Defunctus, & accensis luminibus, stent in circuitu feretri, & prius dicantur istæ preces.*

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et nos.

℣. In memoria ęterna erit iustus.

℞. Ab auditione mala non timebit.

℣. Ne tradas bestijs animam confitentem tibi.

℞. Et animæ pauperis tui, ne obliuiscaris in finem.

℣. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine.

℞. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

℣. A porta inferi, &c.

℞. Erue, &c.

℣. Requiescat in pace. ℞. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus. *Oratio.*

SVscipe Domine animam famuli tui N. fratris nostri, quam de ergastulo, huius sęculi vocare dignatus es, & liberam eam de locis pęnarum, vt quietis, ac lucis ęternæ beatitudine perfruatur, & inter sanctos, & electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Qua finita, sacrista, vel alius incipiat pulsare Campanam sonitu continuato in longum. Mox præcedat vnus cum aqua benedicta, deinde alius cum Thuribulo, tertio loco, duo cum luminaribus. Postea Crux, & hi omnes sint Clerici, si fieri potest iuxta decretum Concilij Tridentini. Ex tunc sequantur omnes ordinatim. Mox Fratres à Prælato deputati ad deferendum corpus, illud eleuent, post quos sequantur duo intortitia, vel plura. Sed animaduertendum quod defunctus debet portari, & non oportet postea tumulari, à consimilibus suæ professionis, videlicet, si fuerit Laicus à Laicis, si Clericus, à Clericis, si Sacerdos à Sacerdotibus. Et ad eleuationem defuncti cantetur.

℟. Subuenite sancti Dei, occurrite Angeli Domini, suscipientes animam eius; offerentes eam in conspectu Altissimi.

℣. Suscipiat te Christus, qui vocauit te, & in sinu Abrahæ Angeli deducant te. Suscipientes animam eius, offerentes eam, &c.

℣. Requiem æternam dona ei Domine; Et lux perpetua luceat ei. Offerentes eam, &c. *E si iter est longum incipiatur.* Psalm. Miserere mei Deus, &c. *dicendo in fine.* Requiem æternam dona ei, Domine, & lux perpetua luceat ei. *Si enim in numero singulari concluduntur omnes psalmi, cum sit officium pro vno tanto defuncto. Deposito corpore in Ecclesia, cesset sonitus campanæ; & præparentur fratres ad dicendum Matutinum Defunctorum; Et incipiant Fratres duo absolutè sicut decet. Inuitatorium.* Regem cui omnia viuunt &c. *Psalmus.* Venite exultemus &c. *Interim sacerdos cum Ministris induantur paramentis sacris, & absolutis tribus nocturnis mortuorum, ante Laudes decantetur Missa solemniter, & ordinatè, si tempus congruum fuerit; Et vbi est ista consuetudo; Qua finita Sacerdos sine Casula, cum ministris; Subdiaconus, vel eo deficiente. Clericus cum Cruce, & omnes alij gradu suo veniant cum luminaribus, incenso, & aqua benedicta, &*

stent

stent in circuitu feretri in modum rotæ;ita vt deferens Crucem maneat ad caput defuncti versa facie ad Altare maius. Et Sacerdos ad pedes defuncti versa facie ad valuas Ecclesiæ, cum Thuriferario à sinistris, & alijs duobus habentibus aquam benedictam, & librum à dextris. Tunc incipiat absolutè hanc orationem sine Oremus.

Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine,quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio: non ergo eum (quęsumus) tua iudicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat:sed gratia tua illi succurrente, mereatur euadere iudicium vltionis; qui dum viueret insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis. Qui viuis, & regnas per omnia sæcula sęculorum. Amen.

Post istam Orationem Cantores incipiant illud ℟.Subuenite &c. *vsque in finem pro vt habetur superius.Et dum cantatur* ℟.*Sacerdos aspergat Aqua benedicta, & incenset Corpus defuncti.Finito* ℟. *Cantores incipiant cum Choro suo*: Kyrie eleison; *& alius Chorus*. Christe eleison. *Deinde omnes.* Kyrie eleison.*Postea Sacerdos dicat astantibus alta voce*. ℣.Pater noster. ℟. Et ne nos, &c.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. *Oratio.*

DEus, cui omnia viuent, & cui non pereunt, moriendo, corpora nostra, sed mutantur in melius, te supplices deprecamur: vt suscipi iubeas animam famuli tui N. fratris nostri, per manus sanctorum Angelorum tuorum, deducendam in sinu Abrahæ Patriarchæ,resuscitandamque in nouissimo Iudicij magni die; & quidquid vitiorum, diabolo fallente, contraxit,tu prius, & misericors, abluas indulgendo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Finita Oratione Cantores incipiant. ℟. Ne recorderis peccata mea Domine dum veneris iudicare sęculum per ignem. ℣. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum veneris, &c. Requiem, &c. Dum veneris, &c. *Et dicatur totum cum suo versu. Et dum* ℟. *cantatur Sacerdos aspergat, & incenset corpus Defuncti sicut prius; finito* ℟. *dicatur, sicut superius.* Kyrie eleis. &c, Pater noster, &c. Dominus &c,

Oremus. *Oratio,*

FAc (quæsumus) Domine hanc cum seruo tuo, Fratre nostro defuncto misericordiam; vt factorum suorum in pęnis non recipiat vicem, qui suam in votis tenuit voluntatem: vt sicut hic eum vera fides iunxit fidelium turmis; ita illic eum tua miseratio societ Angelicis Choris, Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen,

Qua finita, Cantores incipiant, ℟. Libera me Domine de morte ęterna, in die illa tremenda: Quando cœli mouendi sunt, & terra: dum veneris iudicare seculum per ignem,

℣. Tremens factus sum ego, & timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. Quando &c. Dies illa, dies iræ, calamitatis, & miseriæ, dies magna, & amara valde. Dum veneris, &c. Requiem &c, Libera me. *Et dum cantatur, Sacerdos aspergat, & incenset corpus, sicut prius. Finito verò* ℟. *dicatur sicut superius.* Kyrie eleison, &c. Pater, &c. A porta, &c. Requiescat, &c. Domine, &c, Dominus, &c,

Oremus, *Oratio,*

ABsolue (quæsumus) Domine, animam famuli tui N. fratris nostri; vt defunctus sęculo tibi viuat: & quæ

quæ per fragilitatem carnis humana conuersatione, peccata commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Finita oratione deportetur à fratribus corpus ad tumulum; & dum portatur, Cantores cantent has sequentes Antiphonã.

IN Paradisum deducant te Angeli, in tuo aduentu suscipiant te mártyres; & perducant te in Ciuitatem sanctam Hierusalem.

Antiphona. Chorus Angelorum te suscipiat, & cum Lazaro quondam paupere æternam habeas requiem.

Cum autem peruenerint ad tumulum, Sacerdos cum feretro stet iuxta tumulum: cæteri vero fratres circum circa, ad instar rotæ, & cantantis Antiphonis. Sacerdos dicat hanc orationem benedicendo tumulum, etiam alias benedictum.

DEus, qui fundasti terram, formasti Cœlos, qui loca syderibus stabilita fixisti, qui captiuũ laqueo mortis hominem lauacri ablutione reparasti; qui sepultos Abraham, Isaac, & Iacob, in sepulcro duplici, in libro vitæ, atque totius gloriæ principem annotati benedicendos, ita benedicere digneris ✠ hunc Tumulum famuli tui N. fratris nostri; vt hic eum requiescere facias; & sinu Abrahæ, Isaac, Iacob, collocare digneris. Qui dominum nostrum, Iesum Christum, contritis laqueis Infernorum, resurgere; suorumque membra in se credentium resuscitare voluisti, respice; Domine super hanc fabricam sepulturæ; descendat ad eam, Domine, spiritus tuus sanctus, vt te iubente, sit in hoc loco famulo tuo N. quieta dormitio; & tempore iudicij, cum sanctis tuis omnibus, vera resurrectio: præstante eadem domino nostro Iesu Christo, qui tecum, & cum

Spiritu sancto viuit, & regnat in sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Dicta oratione accipiat aquam benedictam, & aspergat corpus defuncti, & tumulum, & postea similiter incenset. His peractis, in persona defuncti dicantur hæ Antiphonæ, & psalmi, subscripti, & Cantores incipiant Antiphona duplicando. Ad Laud. Antiphona.

Aperite portas iustitiæ: ingressus in eas confitebor Domino. *Psalm.* 117. Confitemini Domino, &c. *Antiphona*. Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis: vsque ad domum Dei. *Psal.* 41. Quemadmodum desiderat, &c. *Antiphona.* Hæc requies mea in sęculum sęculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. *Psalm.* 131. Memento Domine, &c.

Cum incipitur Antiphona. Hæc requies mea, *cum suo Psalm. tumuletur Frater defunctus, sed auferatur ab eius stola. Duo Laici, quibus à Prælato id fuerit iniunctum, intrent foueam, ad suscipiendum corpus, & alij duo Laici remaneant ad deponendum: deponant autem eum pedibus elatis, seu antecedentibus: pro sudario, faciem eius cum caputio cooperiant, aliquem lapidem capiti eius supponendo: manusque defuncti ad pectus in modum Crucis piè accommodent. Cum verò dicitur sequens Antiphona.* De terra formasti me, &c. *Cum suo Psalm. clauditur tumulus, amouetur feretrum, & alia huiusmodi instrumenta, stantibus ibi fratribus ad canendū. Antiphona.* De terra formasti me, & carne induisti me: Redemptor meus Domine, resuscita me in nouissimo die. *Psal.* 38. Domine probasti me, &c.

Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. *Psal.* 142. Domine exaudi, &c.

Omnis spiritus laudet Dominum. *Psal.* 148. Laudate Dominum de Cęlis.

Ad

Ad Benedictus, Antiphona.

Ego ſum reſurrectio, & vita: qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet, & omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. *Pſal. Benedictus. Et interim, dum iſtæ Antiphonæ, cantantur cum ſuis Pſal. Sacerdos dicat has ſequentes Orationes.*

OREmus, fatres Cariſſimi, pro ſpiritu fratris noſtri N. quem Dominus Deus de laqueo huius ſæculi liberare dignatus eſt, cuius corpuſculũ hodie ſepulturæ traditur; vt eum pietas Domini in ſinu Abrahę, Iſaac, Iacob collocare dignetur, vt cum Iudicij dies aduenerit, inter ſanctos, & electos ſuos eum in parte dextera collocandum reſuſcitari faciat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Deus, cui omnia viuunt, & cui non pereunt, moriendo, fidelium corpora, ſed mutãtur in melius, te ſupplices deprecamur: vt quidquid anima famuli tui N. Fratris noſtri, vitiorum, tuęque voluntati contrariũ, fallente diabolo, ſeu propria iniquitate, vel fragilitate contraxit, tu pius ac miſericors abluas indulgendo, eamq; ſuſcipi iubeas per manus ſanctorum Angelorum tuorum deducendam in ſinum Patriarcharum, & Prophetarum tuorum, Abrahæ ſcilicet, amici tui, & Iacob dilecti tui: à quo aufugit dolor, atq; triſtitia, & ſuſpirium: fidelium vero animæ felici iucunditate lætantur; Et in nouiſſimo Iudicij magni die inter ſanctos, & electos tuos eam facias perpetuæ gloriæ percipere portionem: quam oculus non vidit nec auris audiuit; nec in cor hominis aſcendit, quam ibi preparaſti diligentibus te. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Temeritatis quidem eſt, Domine, vt homo hominem, cinis cinerem, mortalis mortalem, tibi Domino, Deo noſtro audeat comendare. Sed quia terra ſuſcipit terram, & puluis conuertitur in puluerem, donec

omnis

omnis caro in suam redigatur originem: inde tuam, piissime pater lacrimabiliter (quæsumus) pietatem, vt huius famuli tui N. Fratris nostri animam, quam de huius sęculi cenulenta voragine ducis ad patriam, Abrahæ amici tui sinu recipias, & refrigerii rore perfundas. Sit ab æstuantis Gehennæ truci incendio segregata, & beatæ requie tuæ, se donante coniuncta: & si quæ sunt illi, Domine, dignæ cruciatibus culpæ, tu ei gratia mitissimæ lenitatis, indulge; nec peccati ricipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem: Sed indulgentiæ tuæ piam sentiat suauitatem. Cumq. finito mundi termino supernũ cunctis illuxerit regnũ, nouus homo sanctorum omnium cætibus aggregatis, cum electis tuis resurgat in parte dextera collocandus. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

OPus est misericordiæ Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, rogare pro aliis, quãuis ergo pro nostris supplicare peccatis nequaquam sufficiamus attamen suscipe (rogamus) animam famuli tui N. Fratris nostri reuertentem ad te. Adsit ei Angelus testamenti tui, Michael, & per manus Sanctorum Angelorum tuorum inter sanctos, & electos tuos in finibus Abrahæ, Isaac, Iacob, Patriarcharum tuarum eam collocare digneris; libera eam Domine, de principibus tenebrarum, & de locis pęnarum, ne famulus tuus vllis iam primæuæ natiuitatis, vel ignorantiæ confundatur erroribus. Agnoscatur a tuis, & misericordia bonitatis tuæ, ad locum refrigerii, & quietis, in sinum Abrahę transferatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oratio.

DEbitum humani Corporis sepeliendi officium, fidelium more, completens, Deum cui omnia vi-

viuunt, fideliter deprecamur: vt hoc corpus Fratris nostri N. à nobis in infirmitate sepultum, in ordine sanctorum suorum resuscitet; & eius spiritum sanctis, ac fidelibus aggregari iubeat, cum quibus inenarrabili gloria,& perenni felicitate perfici mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oratio.

OMnipotens, sempiternæ, Deus, qui humano corpori animam in spirare dignatus es; dum te iubente, puluis redit in puluerem, tu imaginem tuam cum sanctis, & electis tuis, æternis sedibus, iubeas sociari. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

His omnibus explectis, postquam sepultus fuerit defunctus, sacerdos cum aqua benedicta aspergat tumulum, & dicat alta voce, Orate omnes. Pater noster.

℣. Et nos in &c.

℟. Sed libera &c.

℣. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine.

℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

℣. A porta inferi &c.

℟. Errue &c.

℣. Requiescat &c. Domine exaudi &c. Dominus &c.

Oremus. *Oratio.*

SAtisfaciat tibi (quæsumus) Domine Deus noster pro anima famuli tui N. Fratri nostri, beatissimæ Dei genetricis, semperque Virginis Mariæ, & beatorum Apostolorum, Petri,& Pauli,& beati Confessoris tui, Patris Nostri Francisci, omniumque Sanctorum tuorum, oratio,& præsentis familiæ tuæ humilis,& deuota supplicatio, vt peccatorum omnium veniam,

quam

quam precamur obtineat: nec eum patiaris, cruciari Gehennalibus flammis, quem Filii tui, Domini nostri Iesu Christi pretioso sanguine redemisti. Qui tecum, & cum spiritu sancto viuit, & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. *Deinde Sacerdos dicat.*

℣. Animæ eius, & animę omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescat in pace.

℟. Amen.

Et statim Cantores incipiant.

℟. Memento mei Deus, quia ventus est vita mea. Nec aspiciat me visus hominis.

℣. Deprofundis clamaui ad te Domine Domine exaudi vocemmeam; Nec &c. Requiem æternam &c.

Nec &c. *Seddum Cantatur istud.*

℟. *Reuertuntur in Ecclesiam, & se accomodant ordinatè ante Altare maius, vel in Choro, & finito.*

℟. *Sacerdos dicat.* Pater noster.

℣. Et ne nos &c.

℣. Aporta &c.

℣. Requiescat &c. Domine exaudi &c. Dominus &c.

Oremus. *Oratio.*

Tibi Domine commendamus animam famuli tui N. Fratris nostri, vt defunctus sæculo tibi viuat, & quæ per fragilitatem mundane conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Postremo omnes genuflexi dicant deuotè. Pater noster, & Aue Maria, *pro anima Fratris sepulti.*

FINIS.

